DE LITERIS ANTIQUÆ BRITANNIÆ REGIBUS

præsertim qui doctrinâ claruerunt, quíque Collegia CANTABRIGIÆ fundârunt.

CANTABRIGIÆ:
Ex Academiæ celeberrimæ typographeo. 1633.

FLORENTISSIMIS,
Sororibúsque Musis, Collegiis verè
Regalibus, huic Cantabrigiensi,
illi Ætonensi

HAS PATRIS (TUM ADMODUM adolescentis) Ægidii Fletcheri in utraque lege Doctoris, olim utriusque Alumni Camœnas

PHINEES FLETCHERUS EJUSdem natu maximus, sed earum omnium minimus, in debitum omnis officii monumentum consecravit.

146 : 00

COLLEGIIS REGALIBUS, CANTABRIGIENSI, Ætonensi, has Ægidii Fletcheri parenti optimi Camœnas dicat dedicatque P. F.

QUæ Vinsori turret Aquadunx superbas
Suspicis, & subterlabentem vertice Thamum
Despicit ætherea, Aönidum dulcissima Nutrix,
Cujus ab uberibus, cujus cervice rependens
Lacteola emulsi sitienti flumina labro;
Visque adeò innocuæ (mihi prima crepundia) Musæ,
Tuque Helicon mihi Regalis, blandissima Mater,
Cujus ab ore sacro ruit Aönia Agannippe,
Annæ fluens placidi, quam roscida mella loquentem
Pierides stupuêre omnes, stupuêre canentem,
Tu mihi læta favens laxis fiqua otia curis,
Respice parva quidem, sed plusquam debita mentis
Munera, quæ noti cecinit nova fistula Vatis
Carmina, dum inanes animi depascitur æstus;
Quâ Pater externis Chamus vix cognita rivis
Flumina demulcens Regales alluit hortos,
Templaque subnixis veneratur Regia lymphis.
Nota etiam veteris Chamus vestigia cursûs
Agnoscat: fors ipse Pater, fors accinet ipse.
Aut ego tanta minor longè vestigia Patris
Colligo, difficilisque sequor non passibus æquis.
Hic ego perstreperos culices, udasque paludes
Fugio, & æternâ tectum caligine cælum

Disperdo ætatem: gelidat præcordia sanguis
Occupat, & lætas abigit de pectore Musas.
Hic mihi de fuetæ torpent sub corde Camenæ,
Et solidam gracili vix optant voce salutem.

Devotissimus

P. F.

DE

LITERIS ANTIQUÆ *Britanniæ*, Regibus præsertim qui doctrinâ claruerunt, quique Collegia *Cantabrigiæ* fundârunt.

MYthicus, & Nicias (quorum *Isidis* alter ad amnem,
Alter ad irriguas *Chami* consederat undas)
Certabant, ætate pares, quis, nostra petentes
Littora, cùm fugerent steriles *Persæidos* undas,
Ceperat hospitio Musas: ille *Isidis* amnem
Prætulerat; *Grantæ Nicias* bifluminis agros.
Major erat *Nitiæ* facundæ gratia linguæ,
Major honos, tumulóque sedens majora canebat:
Candida cæsaries, & candida barba canenti
Pendebat, niveæque ferens insigne senectæ
Longior à mento pectus veneranda decebat.
Illos ad patrii certantes littora rivi
Audierat *Lyciæ*, *Chami* qui pascua circum
Quinque per hybernos, totidémque æstate micantes
Vixerat aucupio soles, dubiúsque sequendi,
Frigora dum gelidas *Chami* captabat ad undas,
Talibus alloquitur vicinum gurgite rivum.

Tu mihi qui molli vitreus petis æquora cursu,
Chame pater, Nymphísque sacro das jura sub amne,
Dicito, quandoquidem nostros ab origine mundi

Alluis, æternisque fecas erroribus agros,
Unde genus veteres quondam duxêre *Britanni*;
Quique patres, prisci que duces, quo tempore primùm
Ista novis cœpit tellus florere colonis;
Et siqua est non vana fides, quis nostra petentes
Littora *Mœonidæ* peregrina per æquora secum
Vexit, & hæc vestras posuit monumenta per undas.
Sic tibi, quæ ramis super impendentibus umbras
Præbeat, accrescens in margine floreat alnus:
Sic tibi, quà crebris limosa paludibus *Elis*
Cingitur, illisæ lacerentur fluctibus ulvæ.
Hæc ait, & manibus *Lycidæ* ter flumina libans,
Populeâ toties percussit arundine ripas
Cum sonitu; magnóque locum clamore replevit.
Tum pater ignotæ subitâ formidine vocis
Attonitus, madidum summâ caput extulit undâ:
Cæruleus tergo dependet carbasus, aures
Canna tegit, patulis fluit humida naribus unda:
Et simul emersæ vitreo de gurgite Nymphæ

a *Sacra hi. fluvii Beda.* *Naïades* denso circùm sese agmine fundunt;
b *Sylvester.* [a] *Thespio*, [b] *Drymoque*, [c] *Dionique*, [d] *Cæsariéque*,
c *Dion.* [e] *Eurynomêque*, [f] *Thoëque* soror, [g] *Nomoleâque* virgo,
d *Cæsa.* Et niveo [h] *Leuce*, & croceo velamine [i] *Xantho*,
e *Tacitus.* Flava comis, at rubra genas, & candida vultu: (* *Author*;
f *Color.* Et [k] *Menale*, & [l] *Crocale*, cùmque [m] *Æmone* discolor
g *Lego Sanctum.* Et [n] *Diodora*, [o] *Themisque*, (ambæ Oceanitides olim,
h *Albanus.* Nunc fluvii Nymphæ) *Graiæ*[q], [r] *Berosia* gentis,
i *Flavianus.* Inter & *Assyrias* eadem celeberrima Nymphas,
k *Niger.* Insignis facie, sed plusquam nubilis ævo;
l *Ocean.* Quinque peregrinis genuit sub fontibus *Arsen*,
m
n *Hist.* Sed nunc *Angligenas* degens [s] *Polydora* per amnes:
o *Diodorus.* Omnes carminibus seriem percurrere doctæ
p *Justinus.* Annorum, & longis deducere tempora fastis.
q *Berosus antiquus.* Ipse tenens urnam manibus, sceptrúmque decorum,
r *Polydorus Virgilius.* Pellibus inclusum nigris, & isspide librum
Extulit; hoc illi dederat (venerabile munus)

Mœno-

Mnemosyne, Avitum mater longæva sororum.
Hunc replicans, veterúmque petens exordia rerum,
Plenáque concutiens fluvialí tempora moſco,
Talia ſedatis memorans canebat ab undis.
Hæc primùm Oceani circumſona fluctibus arva
Saturbei coluêre viri, qui gurgite vecti
Cæruleo, ignotas pelagi venêre per undas,
Luſtrabántque ſolum ratibus, cœleſtia poſtquam
Flumina cœperunt iterum ſe condere ponto,
Humanúmque genus redivivis creſcere terris;
Hinc alii indigenas, alii dixêre Gigantes:
Quippe vigens mundi, nec adhuc inceſta juventus
Intemerata diu ſervabat ſemina rerum;
(Semina, poſterior vires quibus abſtulit ætas)
Hinc valida ingenti ſurgebant corpora mole,
Corporibuſque animi virtus æqualis, honeſti
Ardor, & in vaſtis florens vis cœlica membris:
Cœlum hinc ſpirabant, ſpirabant arduas mentes.
Sceptra novæ primus tenuit regalia gentis
Saturbeus, regni qui clauſos æquore fines
Extulit, & magnâ *Celtas* ditione premebat:
Hinc quoque *Diſceltus* cognomine dictus *Ibero*.
Arduus huic animi vigor, & vis enthea mentis
Emicuit, magnâque ſedens gravitate verendas
Juſtitiæ leges, & ſummi jura Tonantis
Sancta docens, validis lapſos retrahebat habenis,
Et memori ſanos figebat pectore mores.
Hinc quibus hæc primùm pituerunt arva coloni
Saturbei, geminique maris quæ tunditur undis
Inſula, *Saturbea* tenuit per ſecula nomen.
Hinc *Magus*, *Europæ* primas qui finibus urbes
Condidit, & nondum bellis aſſueta movens
Parva ſuburbanis circundedit oppida foſſis,
Et ſtudiis ſceptriſque potens ſucceſſit avitis.
Quanta viri virtus! quantus ſub pectore fervor
Juſtitiæ, & pietatis amor! quibus artibus olim

Florebat

Florebat! sed fama virum mutabilis ævi
Ire per ætates vetuit, pérque ora nepotum.
Additur huic *Sarron*, regni qui frœna paterni
Accipiens, virtute pari moderatur, & arte:
Religione sacer priscâ; qui sponte sequentes
Cassalii abduxit aquis, & *Pœone* Musis,
Atque urbes habitare dedit, tutósque penates;
Exósus nemorum Divas, turbæque procacis
Qui sylvâ errabant petulantia numina *Panum*:
Vix clausâ intactum servent etiam arce pudorem.
Hunc pius & regno *Druus*, & virtute paternâ
Insequitur, *Druidísque* suo de nomine vates
Instituit, (*Druidæ* sanctum genus:) ipse ferinos
Lenibit monitis cultus; ultra ipse, polósque
(Nativas animæ sedes) patriámque docebat
Cœlestem, & semper crescentia sœcula mentis.
Successit patri *Bardus*, justísque regebat
Arbiter, & populo, & Musis gratissimus idem.
Ille lyrâ heroas solitus, divósque sonare,
(Felices animas) & fortia condere factis.
Scriptorum meritos nobis invidit honores
Livor edax, livor, Musísque inimica vetustas.
Usquè timen nomen *Bardi* manet, usquè poëtis
Cunctandum, & tanti haud indebita gloria regis.
Fortunata nimis tali sub principe talis
Insula, cùm veræ populo virtutis amanti
Dux, comes, & nutrix princeps fuit ipse: canebat
Ipse heros heroas, & ipse canetur ab illis;
Institutique sacras (pars ipse haud ultima) Musis.
At mox deterior paulatim incedere terris,
Decolor, & ferro propior jam cœperat ætas.
Samothea invidit victos ferus *Albion* artus,
Neptuni soboles; illi simul improbus ibat
Mars comes, horrendóque furens *Bellona* flagello:
Quos lacerâ infelix sequitur discordia pallâ,
Et furor, & cædes: pulsæ secedere Musæ

In

In latebras cœpêre procul; procul impia vitant
Bella, iterúmque umbras turbatæ, atque ora captant.
Ille ferox domitam victoris nomine gentem
Induit, *Albinisque* haud longo nomine dixit.
Mox infelici *Trojanus* origine *Brutus*
Fatis appulsus venit, monitúque *Dianæ*.
Ille manu sævam *Albionis* de semine gentem
Fundit, & immanes (informia monstra) Gigantes
Dejecit; is populo leges nomenque *Britanno*,
Dulciáque immoriens florentibus otia natis,
Imperiúmque suis, divisáque regna reliquit.
At *Scythicâ* fessus glacie, *Rhodopéque* nivôsâ
Bella ferens, clademque *Humber*, *Nomadumque* phalanges,
Cambrum acie, juvenémque ferox domat *Alexandrum*;
(Heu fortes nequicquam animas!) quos sanguine victor
Mox *Scythico*, hostilique piabat cæde *Locrinus*.
Aft Aquilis *Humber* pulsis, fractíque maniplis,
Cedere paulatim, & lento vestigia gressu
Ad fluvium (turgens irâ) improperata referre:
Acriùs incumbunt *Britones*, turbántque, premúntque
Ictibus; is rectus telisque undisque *Britanno*
Infelix vitam, nomenque reliquerat amni.
Jámque etiam tumet, & Regali tardior *Humber*
Inceſſu, nunquam placidis irascitur undis:
Marte perit victus, *Neptunique* obruitur *Humber*.
At *Scythico* capeus vultu, fletúque decoro,
Captivam implorat victor; lacrymisque *Locrinus*
Fœmineis cessit, (madidis immersus ocellis)
Mox exoravit, thalamique in parte locavit.
At miser implexæ (miser, & suspensus amator)
Fraude domus, saxóque tegens mala furta doloso,
(Ah!) miseram illicito *Sabrinam* sustulit igne.
Jámque decem virgo, septémque reliquerat annos
Nubilis, uxori tandem cùm læsa parebant
Fœdera vesanæ, & spretu perjuria lecti.
Nec quæritur, lugétve; acri furit, æstuat ira;

Seráque

Seráque corde viri pressans, animóque volutans
Crimina, *Marte* fero mendacem, armisque virago
Aggreditur Regem, quâ plenus ditia culta
Irrigat, & tumidâ *Severnus* volvitur undâ.
Ille acies bello fractas, captósque maniplos
Indignatus, atrox stricto sibi pectora ferro
(Fœmineis bis jam domita armis pectora) rupit.
Regem fida comes pellex (miserabile corpus)
Procubuit super, & tepidos misera induit ensex.
At matris fato infelix exterrita virgo,
Dum fugit ultricis vultum *Sabrina* noverca,
Severni in medios ripis, ubi plena *Virorum*
Unda lavat ; *Severus* pater, *Severne*, recepit,
Cujus ego ripis solita olim, & flumine curvo
Ludere ; si meritos tuleram tibi semper honores,
Si tua flore libens rapto, violisque, rosisque
Æquora, si lauro nexis, myrtóque coronis
Aspersi, miserere pater morientis & istam
(Siqua via est) animam tristi defende noverca.
Audiit, & miserans pallentem morte futurâ
Abstulit in vitreas sedes, ubi regia Nymphis
Jura dedit, thalamique libens in honore locavit,
Dixit & immersâ *Sabrinam* à virgine flumen.
Hinc *Medanus*, memorúmque colens *Memprician* um-
Venator ; qui dum vacuis in montibus errans (bras
Tela gerit, rigidisque ferox iracitur apris,
Occidit agresti limatus dente ferarum,
Sceptráque vix habili gestandi reliquit *Ebranco*.
Ille tamen populos lumptis maturior armis
Addidit imperio, placido quos flumine *Sucurn*
Alluit, ingentique patet *Germania* tractu.
Hinc rediens Boreæ populantes mœnia *Pictas*
Vicit, ubi pelago nondum confunditur *Osa*
Additur huic viridis clypei velamina gestans
Brutus, & à domito rediens Aquilone *Leitlas*,
Victor ad *Axeum* qui condidit oppida ripas,

Quos

Quos sequitur pacis studiis insignis,& armis
Ludhus; ille novam circundat mœnibus urbem,
Quà piger Eoum versus mare *Sturius* amnem
Dirigit,& refluas nequicquam exturbat arenas.
Excipit extinctō regnum genitore *Bladudus*;
Dulcia posthabitis qui tractans otia bellis
Artibus ingenuis prosavos,studiisque præibat:
Ille puer,primi cùm flos adolesceret ævi,
Argolicūm populos, magnisque petebat *Athenas*.
Indè peregrino rediens ex orbe,paterno
Clarior imperio,studiis clarissimus ibat.
Nempe suas illi natura recluserat artes,
Et terræ pelagique vias, virésque potentes
Herbarum; varios idem describere cursus
Astrorum,& celeri numeros percurrere motu
Noverat,& magnum distinguere finibus orbem.
Ille etiam (horrendum!) trepidantes ignibus undas
Nubere sulphureis iussit; placidam ille salutem
Amplexu parere infando, quà turgidus *Avon*
Defluit, & medicas jactat *Barbonia* thermas.
Illius infelix sequitur post fata *Leyrus*:
Quem *Cordelia*,trahens *Gallorum* è finibus agmen,
Restituit regno profugum,geminisque sororem
(Ultra parrem virgo) dotalibus expulit agris;
Ipsáque susceptas regni molitur habenas.
Hanc ubi ter victi tandem vicēre nepotes,
Et teneros vinclis onerāssent virginis artus,
Non tulit,& duri tandem pertæsa doloreṁ
Carceris,(ah virgo infelix!) innoxia ferro
Pectora, purpureóque habitantem sanguine vitam
(Conscia virtutis, sexúsque oblita) recludit.
Alma sed insontem Tellus miserata puellam,
Protinus è tepida mansuetem cæde cruorem
Excepit;solisque novos ubi sensit amores,
Lutcolum vernas florem submisit in auras:
Nunc quoque per veteres crescens cordelia muros,

Et

Et ſuper alta domus paſſim faſtigia nomen
Virginis extinctæ patrio ſermone reſervat.
At ſolidos acer regni dum poſcit honores
Cordagius, ſceptrique nequit divortia ferre,
Arma movet, *Cambríſque* queritur fugientibus inſtat;
Sabrina eg. replens cognato ſanguine ripas,
Occupat imperium. Quid non mortalia cogis
Pectora, ſpes regni, ſceptríque inſana cupido?
Hinc *Rivallo* potens opibus; quem deinde ſequuntur
Gurguſtus, rigidúſque *Jago*, pulchérque *Siſyllus*;
Clyaimachúſque puer, cui turpis inertia primis
Hæſerat in cunis, patríque ſimillima proles
Gorbodus, ignavum ducens inglorius ævum.
Additur his curvo ſuccinctus acinace *Porrex*;
Quem furor, & ſceptri rabies veſana nefandas
Impulit in cædes: is dum civilia tractat
Prælia, fraterno fœdavit ſanguine dextram.
Cædis at autori tarò venerandi ſenectus
Canitiem, exitumúve dedit ſine cæde ſepulchrum.
Hunc etenim genitrix fraternâ cæde tepentem,
(Heu furor, & duræ pietis ſcelerata parentis!)
Cordi animos, animis dextram, dextræ arma miniſtrans
Occupat, & ſtricto jugulum mucrone reſolvit.
Hinc iterum varii miſcebant prælia Reges,
Donec *Brutigenas* inter victricia tollens
Signa duces, ſolus regni *Mubuncus* honores
Occupat: hic (noſtris ignotum regibus uſum)
Crinibus impoſuit primus victricibus aurum;
Et populi tandem *Belino* frena reliquit.
Sed quid ego Reges memoro, quibus aſpera cordi
Prælia ſemper erant, *Martémque* laceſſere ferro?
Scilicet hinc ſeriem poteris cognoſcere gentis
Brutigenæ, regnique vices, quo tempore primùm
Aúſer hunc noſtras ſedem poſuêre per undas.
Proximus his etenim ſeſe *Gurguntius* offert,
Belino genitore ſatus, quo ſceptra tenente

Cant. ij

Cantaber has primùm terras, & littora vidit;
Cantaber Hesperidûm qui natus origine Regum
Oceani lustrabat aquas, fractisque requirens
Navibus hospitium, plusquam hospita fœdera junxit,
Et *Belinigenæ* meruit connubia natæ.
Hunc ego per ripas,& adhuc ignota vagantem
Flumina,lustrántémque locum quo figeret urbem,
Talibus aggredior dictis: Sate sanguine Regum
Hesperidûm juvenis, post tot jam sæcula votis
Exoptate meis ; ut te nunc gurgite læto
Excipio ! neque vana movent præsagia mentem.
Nam,memini,quondam mihi talia fata canebat
Cæruleus pelagi vates, qui flumina *Proteus*
Temperat,Oceani primis ubi misceor undis;
Egregium rutilo venturum lumine sidus
Finibus *Hesperiæ*,sacro quod vertice flammas
Funderet; & nostrum radiis aspergeret amnem.
Ante per ignotas volvens mea flumina valles
Errabam; nunc *Tueda* mihi, nunc *Humber*, & ipse
Thamisis Angligenûm surget regnator aquarum:
Atque peregrinos ibit mea fama per amnes.
Jámque meum *Doris*, jam *Tethys* regia nomen
Audiet, applaudéntque meis *Nereïdes* undis,
Quà refluas inter pelagi confundor arenas.
Quare agé,prima pedum signans vestigia muros
Aggredere, & celebrem molire penatibus urbem.
Hic tibi certa quies, hic crebris oppida tectis
Assurgent, referéntque tuum per sæcula nomen.
Vos quoque jam primò terris silvete *Britannis*,
Pierides, cœli,& diuûm genus: otia vobis,
Clarique venturi promittunt tecta nepotes
Ille novo signans fatalem vomere terram,
Extulit ingentem spatiis & mœnibus urbem,
Effinxitque domos : vix jam vestigia tanti
Apparent operis, sic improbus omnia *Mavors*
Diruit, ac sæclis inimica prioribus æqua.

Hæc

Hæc veſtræ (neque vana fides) natalis origo
Urbis, ad has olim poſuit quam *Cantaber* undas;
Cantaber Heſperidûm prognatus origine Regum.
Jámque per has paſſim (veluti *Pernoſſida*) ripas,
Naiadum plaudente choro, ſorpère ſorores
Pieridés reſonare modos, & carmina lætæ
Cantabant, placidæ cum munere pacis ovantes:
Undique collectæ juvenúmque ſenúmque catervæ
Huc ultrò fluere incipiunt: mox quarta ſororum
Eumenidum Bellona (dolens ceſſiſſe *Britannis*
Finibus ejectam, quam Nox tulit horrida *Marti*
Barbariem) *Stygiis* ardens ſe miſit ab undis,
Arma manu, lethúmque ferens, trepidiſque Camœnas
Terruit, & crebris immiſcuit omnia bellis.
Hinc etenim dum ſceptra petunt diviſi *Britanni*,
Dulcis civili dirimebant otia ferro.
Hinc *Scotus*, & longis innixi *Picteus* haſtis
Finibus infuſi, retulerunt annus genti
Prælia, ducentéſque novâ cum meſſe colonos,
Impoſitum plauſtris Autumnum ad proxima *Tueda*
Flumina captivum ſecum abduxêre quotannis.
Hinc *Hybernicolæ* ducebant agmina gentes;
Hinc & ab ejectis victricia caſtra *Seleuris*,
Indomito quæ *Marte* ſatus *Romanus* alebat,
Omnia vaſtabant ferro, dum ſigna repoſcunt,
Captivóſque infenſa duces, quos agmine fuſo
Vicit *Hæmadryadas* inter *Vindelica* ſoroses
Bellatrix: non illa colos, calathóſque ſolebat,
Sed ferrum verſare manu, currúque volantes
Quadrijugos medios audax inferre per hoſtes;
Aut pedes ardentes in prælia ducere turmas;
Aut, ſi compoſitis florerent otia bellis,
Figere ſpumantem longis paleæribus aprum,
Frendentéſque ciêre lupos, aſſueta labori;
Promptior ut pugnas, redituſque bella moveret.
Sic iterum ſilvêre diu, ſolitóſque Camœnæ

Continuêre

Continuêre modos, donec melioribus annis
Christiadûm toto corpit gens crescere mundo.
Jámque poli germana fides, jamque optima rerum
Religio Auctorum, *Solymæique* templa relinquens,
Oceani populos, sparsásque per æquora gentes
Viserat; hoc magni volunt Deus arbiter ævi.
Lucius hanc primus per littora nostra vagantem,
Horrentémque diu maleæ contagia gentis,
Excepit; meritóque Deum veneratus honore,
Nequitiam posuit vitæ cultúsque prioris.
Antè per excelsi sacrata cacumina montis,
Pérque lacus, cultósque sacrâ formidine lucos,
Imáque frondosis inter labentia valles
Flumina *Brutigenæ* divûm simulachra colebant;
Mercurium imprimis, venatricémque *Dianam*,
Terbya, *Gradivúmque* patrem, cui præsita curæ.
Ille sacris igitur postquam se laverat undis,
Protinus auferri veterum simulachra deorum
Jussit, & à templis ritus abolere nefandos.
Ille suas etiam laudes & præmia Musis
Reddidit, ingenuásque animos traduxit ad artes,
Lapsáque per nostras reparavit mœnia ripas.
Sed melior fortuna brevis, nec larga beatis
Tempora debentur rebus. Vidi, horrida vidi
Prælia, cùm patrii linquentes arva *Veseri*
Saxones hos denso complerent agmine campos.
Heu! ego tum quoties hæc subter flumina vultus
Occului! quoties æstatis fragibus undis,
Et simul arma ferens, vix tardus in æquora mecum
Volvebam! quoties posito nova prælia ferro,
Victricésque volare acies, disjectáque vidi
Agmina collisus iterum concurrere signis!
Hi cupidi nomen penitus delere *Britannum*,
Mœnia vastabant, priscæque Annalia gentis,
(Heu crudele nefas! heu dira licentia ferri!)
Scriptáque tradebant immitibus omnia flammis.

Sic iterum bello inceptí periêre labores.
Non secùs ac quando verni sub sydere Tauri
(Cùm primò in tepidos audent se credere soles
Semina) rursus hyems Zephyris ruit horrida pulsis,
Præcipitítque polo nubes, & plurima cœlo
Tempestas pluviâ fluit illætabilis undâ.
Illa ferens dirum rebus nascentibus omen,
Sternit agros, viridémque novi spem protuit anni:
Et modò respirat; rursus, velut agmine facto,
Verberat imbre solum, glomeratíque flumina volvens,
Tristis prosternit plorantibus arva colonis.
Tunc iterum (neque enim vestigia tuta patebant)
Mœnaides sumptis tugêre per æra pennis;
Quas tamen antiquam revocans *Sigibertus* ad urbem,
Reíbuit, tectóque deas, opibúsque refecit.
Tum quoque *Marte* potens Borealia sceptra tenebat
Alphredus, quâ pinguis agros interfluit *Humber*.
Ille reversuri motus prædicere solis,
Stellarúmque polo cursus cognovit, & ortus:
Idem *Marte* potens, studiis clarissimus idem.
Proximus huic ævo, sceptri virtutibus idem
Proximus, *Humbricolæ* gentis *Celnulphus* habenas
Accipit; insignem Musis, bellóque potentem
Quem cecinit quondam nostro de flumine Nympha
Thespio, quæ facta canens, & prælia gentis
Christicolæ, veteres decoravit carmine Reges:
Posteritas patrio dixit de nomine *Bedam*.
Aspice pennigeris quæ nunc habitata columbis
Pastor arundineo stravit mapalia culmo;
Hæc domus, hinc nostras carmen resonabat ad undas.
Sed neque adhuc dubiæ sperabant certa Camenæ
Otia; majorem spondebant sydera cladem.
Jámque novum veniens patriis è finibus agmen
Attulit hinc cladem nobis, ubi spumeus alto
Labitur amne *Tyras*, properánique rapacibus undis
Sarmathas, *Dacósque* interfluit arbiter agros.

Tunc

Tunc iterum varia immiscebant prælia gentes
Sorte diu; neque *Marti* semper victoribus idem,
Eventúsve fuit: bellis & cæde rubentes
Fluximus, Angligenæ quotquot de montibus orti
Inriguis inter valles decurrimus amnes.
Sic inter clypeos, & tela sonantia longam
Duximus ætatem miseri, cantúsque tubarum:
Bellantum fremitus, lamentáque tristia vulgi
Sub trepidis semper morientes hastibus undis
Donec justa ferens *Normanicus* agmina Victor
Composuit causas belli, regnóque potitus
Prima dedit pacis lætantibus omina Musis.
Nempe minor, sed sorte prior, regnóque paterno
Filius huc nostras hospes concessit ad undas,
Dum sequitur fratri contraria castra *Roberto*.
Ille etenim *Marti* primis afflictus ab annis,
Militiam coluit; non illo doctior alter
Castra per extensos metiri candida funes,
Aut pedum cuneos, vel equestres ducere turmas!
Et quo quisque foret ducendus ab ordine miles
Noverat, & magnis hortari in prælia verbis.
Hunc Syrti stupuêre duces, stupuêre nivosum
Strymona potantes gelidique *Borysthenis* undas;
Cum juvenis reliquis heroibus agmina pugnæ
Palmiferi colles *Libani*, montémque *Sinai*,
Phœbeámque *Rhodon*, *Sobnata*q; repoſceret urbem.
Hunc etiam reducem *Titæ* bifrontis ad amnem
Dum ruit, adversique petit vada fluminis hostis
Perrupit, abjectis fugerunt *Pictones* armis.
At minor *Antiadum* miles, melioribus armis
Contulit ætatem, pacatáque castra colebat.
Ex illo afflictis meliùs considere rebus
Menelaï Regum auxilio, opibúsque refectæ
Coperunt, stabilémque sibi promittere pacem.
Sed neque adhuc nostras quæ consita cernis ad undas
Aula *Pierides*, sacrisque tecta tenebant.

Exiguis Divæ contenta sedibus olim,
Flumineæ inter salices, umbrisque canebant,
Tectáque arundineis habitárunt horrea culmis.
Hæc igitur si fortè tibi monumenta priorum
Noscere, *Pieridumve* bis octo tecta sororum
Sors vocat, quibus exurgunt auspicibus ædes;
Accipe quæ seros deceat meminisse nepotes.

Domus Petri. Atria prima vides Austrum spectantia, quorum
Fida datur tutela Deo, sed nomina *Petro!*
Balsamus hæc posuit, qui cincta paludibus undis
Eliæi obtinuit præsul bifluminis arva.

Aula Pembrok. Proxima fœmineos jactant fastigia sumptus:
Uxor *Adamari* Musis hæc struxit *Elizæ*;
Pembrochiæ qui rura Comes, *Walliæque* regebat,
Car. I. Bambrid. uel Cap. Christi Quos videt extremo decedens vespere *Phœbus*.
Tertia quæ gelidis Aquilonibus atria pandunt,
Henricum autorem memorant, quem ferulis agro,
Et pecorum direx genuit *Lancastria* fœtu.

Coll. Regin. Quarta vides nostris quæ surgunt proxima ripis
Mœnia? Reginâ domus hæc autore superbit:
Margaris, *Henrici* conjux, hæc condidit olim,
Dum melior fortuna foit, nec dum aspera frustra,
Aspera captivo pro conjuge bella moveret.
At cùm victa domus tandem *Lancastria regem*
Cederet, & casso fugeret *Regina* marito;
Æmula, non hostis victæ virtutis *Elizæ*
Inceptum perfecit opus. Vicina mariti
Nónne vides ut jactet opes, & nomina Regis?

Coll. Regal. Hæc sextus, cum regna senex infida teneret,
Astruit *Henricus*, templi cui mœnibus ingens
Conditur ascriptum regali nomine fixum,
Lævus ad Arctoum qui prospicit angulus Vrsum.
Fortunata domus nimium, si cætera primis
Æqua forent! Musis invidit cætera *Mavors*.
Aspice, Quæ moles, & quæ fundamina primùm
Inter rupta manent operis! vix ista feruntur

Edwar

Edouardi flexiſſe minas; quin victor ab hoſte
Cùm redit, infeſtis ducens hoſtilia ſignis
Agmina, nil mentis inferret bella Camœnis,
Innocuóſque furens incenderet igne penates.
Addidit & Muſis aliud naſcentibus idem
Hoſpitium, placidæ currens ubi lenitèr undis
Iſis Aquadunæ fœcundat flumine campos,
Altíque vicinos *Vinſoriæ* deſpicit agros.
O nimiùm deflende ſenex! tibi regia ſceptra
Abſtulit, & vitam belli fortuna caducam.
Aſt tua, quæ meliùs tranquilla per otia virtus
Clarùit, utilior nobis, tibi noxia ſoli,
Vivet, & in nullo tua fama tacebitur ævo.
En verò qui tecta colunt vicina penates;
Regius hæc Muſis *Voblarſia* dona ſacrabat:
Aſpice ut agnoſcant tecti regalis honorem,
Altaque ſubmiſſo venerentur mœnia culmo.
Proxima quæ ſpatio, tectíſque obſcura, ſed uno
Nomine *Clara* vides, noſtras *Buleus* ad undas
Conſtituit; quorum conſinia tecta ſeveris
Bathoneæus legum ſtudiis, operæque forenſi
Deſpondit regnat nunc iſtîc *Bartholus* auli.
At cujus pars una novo ſtat candida muro,
Pars melior veteri ſuxo conſtructa, *Gonellum*
Autorem memorat domus (hic ſine prole ſuprema
Fata ſequens, Muſis hæredibus omnia linquit:)
Auxit ægro nuper *Caius* duplicíque penates
Diſpoſuit muro. Vulén' ut nova mœnia jactet,
Pierlampue choro, & tecto creſcente ſuperbat?
Quatuor indè novis quæ turribus alta minantur,
Et nivea immenſo diffundunt mœnia circo,
Ordine poſtremus, ſed non • virtutibus auxit
Henricus tecta, & triplices cùm jungeret ædes,
Impoſuit nomen facto. Quæ proxima cernis
Cœlibibus muris, pulíque rubentia ſuxo,
Quà ſuper alta ſedens portarum limina cuſtos

Aula Cathar.

Aula Clarm.

Aula Pinit.

Coll. Caſi.

Coll. Trinit.

• *Quæ & quia Hen. 8 virtutes vide bis. Martini Reg. func. in Hen. 8 fol. 18.*

Coll. S. Joan.

Arduus arctatis tollit se cornibus Hircus,
Margaria erexit, fausto quam *Derbia* partu
Col. Christ. Edidit: hæc etiam quæ proxima cernis ad ortus
Atria, jam moriens *Christo* sacrata reliquit.
Col. Magd. Quæ ponu vicina vides, *Audelius* olim
Cœpit, & adversi posuit fundamina muri:
At cœptum perfecit opus *Staffordius* Heros,
Quem genuit matribus regio celeberrima damis.
Col. Sidn. & Sussex. Hæc inter media aspicies mox surgere tecta
Culminibus niveis, roseisque nitentia muris:
Nobilis hæc doctis sacrabit fœmina Musis
(Conjugio felix, magno felicior ortu)
Insita *Sussexo* proles *Sidneia* trunco.
Col. Jesu. Ultima quæ nostris hinc cernis dissita ripis,
Inque quibus, dum res pectio *Romana* manebat,
Lenta oculiligeri ducebant otia fratres,
Translata, & Musis nuper sacrata relicta
Alecteia, bifidum præsul regnator aquarum.
Col. Pembr. Tuque etiam, *Mildmaie* senex, tu candida Christo
Atria felici, tu sanctis omine Musis
Instrues, fulcis *Clarius* quâ surgit ab *Isidi*,
Eoasque arctam claudit mihi finibus urbem.
Quæ verò, quæ jam meritis par gratia vestris,
Laudve erit, insignes animæ? Quæ munera vobis
Persolvet patria? en vobis quæ præmia Musæ,
En quibus ipse modis vestros meditabor honores:
Gramineum in ripa viridi de cespite bustum,
Exequiasque novi salicum ac fronde quotannis
Constituam, mœsto fluvios circùm agmine Musæ
Carmina lugubri plangent funebria cantu:
Purpureos addam flores, & aquatica spargam
Lilia cum mentha, & mœrore fungar inani.
Sed neque te, venerande puer, cùm talia plango,
Non te præteream, doctum *Edwarde* sororum,
Et patriæ decusque; qui gaudia regnans
Tanta tuis dederis, lamentâque vana *Britannis*

Jam

Jam moriens. Aliquanta meas monumenta per undas
Liquisset, quantis decorâsset honoribus artes,
Siquam fata moram vitæ meliora dedissent!
Heu pietas! heu sancta fides! & grandior annis
Majestas! Non te tumidi vis naufraga ponti,
Nec quæ magnanimos rapiunt Mavortia Reges
Prælia nascentem nobis rapuêre, nec hostis;
Sed pietas, sed vera fides, quæ grandior annis
Creverat, & primo virtus in flore senescens.
Heu miserande puer, cœlo felicior ipse,
Sed terris miserande tamen! Te *Thamesis* ingens,
Te nostri flevêre lacus, tonsæque capillos
Ingemuêre diu Nymphæ *Ifidæ*, *Ifidis* undæ;
Quæque tuâ passim captæ dulcedine formæ
Dulcia sperabant Regum connubia natæ.
Sed spes illa redit, postquam soror altera regno,
Altera fraternis etiam virtutibus hæres,
Successit: memini vultus, & verba loquentis,
Promissique fidem; memini, neque pectore nostro
Excederit, cum recta novem (decima ipsa) sororum
Viseret, & Musas *Latio* sermone vocaret.
Cætera quam serpit fortunæ æqualis! quantus
Eloquii cœlestis amor! quam blanda serenos
Gratia tranquillæ vultus! ut temperat oris
Majestas augusta vices! quam virgine dignus
Et pudor, & species formæ! sed virgine major
Ingenium, fragilémque supra prudentia sexum.
O decus! ô nullos virgo reticenda per annos!
Fortunata nimis virgo, nisi semper *Eliza*
Virgo foret, stabilísque pudor virtute nocaret;
Dum roseum veris sinit emarcescere florem,
Jungere nec socium thalamis, *Hymen* ecce vocat
Fœdera, non dulces natos, neque debita lecti
Pignora, nostra quibus regenda relinqueret ævo.
Sed *Tethys* jam visurus Titanida *Phœbum*
Pronus in Oceanum cursus devolvit equorum,

Luce minor, magnóque rubens augustiùs orbe;
Dimque diem init, annum monet ecce loquendi.
Hæc igitur rerum series, hæc nomina Regum.
Felix illa solo, felix & diuitis usu
Æquoris, at populo fortunatissima tellus.
Finierat, solitóque patet se *Charmus* in undis
Abdidit, & manibus sceperóque liquentia pellens
Flumina, Nympharum secum simul agmina traxit.
Tum verò tremulo compellens murmure ripam,
Unda valedicit Regi, talesque recurvæ
Humida declinant flexos ad flumina ramos.
Nec minùs allabens Cygnorum læta per amnem
Turba peroranti repetito carmine Regem
Insequitur, vitreisque immersi corpora lymphis,
Crebrique jactantes alterni colla sub undis,
Cedentem prono venerantur corpore Regem:
Arrectique iterum gratantibus ærta plumis
Excutiunt, geminántque alis plaudentibus ictus.
Ipsi iterum plausêre cavis sub vallibus amnes.
At *Lycidas* humeris arcum pharetramque reponens,
Surgit humi, tectúmque petit comitantque canorum
Venatu soliti volucres excire fugaces
Eucpeus, *Talaphróque* canes; celeréque vocanti
Accurrunt domino, collisque ad mutua nexis
Observant parili famulo vestigia gressu.

FINIS.

SYLVA POETICA.

AUTORE

P. F.

CANTABRIGIÆ:
Ex Academiæ celeberrimæ
Typographeo. 1633.

AMICISSIMO ET CANDIdiſſimo Edvardo Benlowes *ſe & ſua*

PHIN. FLETCHER.

Quæ jam, quæ vati reſtant dicenda recenti?
Quis mihi materia eſt heros, quis præmia Muſæ?
Omnia præripuit melior naſcentibus ætas.
Quis te, quis pelagus neſcit tentâſſe profundum,
Typhi, & compactis (parvo heu diſcrimine!) ligni
Mentibus impoſitum fremitus prevâliſſe marinos?
Quiſve iterum Muſæ melius cantata ſecundis
Pergama? vóſque eriam felicibus, Arcades, arvis
Paſſeret, vel te celebrate, Mantua, glebæ?
Te, Naſo, te amnes, teneri Præceptor amoris,
Agnoſcunt pueríque ducem junxtæ puellæ:
Quin fixos ſuper appenderat modò vertia remos,
Italicus ſtopulos inter Piſcator, & undas,
Parthenopæ canit, & piſcoſæ Mergilinæ.
Si tamen aut Phyllis *mihi, ſive eſſet* Alexis,
(*Quid tum ſi nigrior* Phyllis, *ſi durus* Alexis?)
Ipſe ego ſeu platano, ſeu lævis cortice fagi
Phyllida *crudelem, & ſævum moriturus* Alexin
Inprimerem, & duros reſonarem leſſa amores.
Audiet, immitéſque ipſum miſerebitur ignes,
Et ſtreperum duplici reciiet nemus omnia voce.
Jam tantùm ſingè (ſi fas) veſtigia vatum

Tanta

Tanta lego, tacitúsque sequor per pascuus equis.
Tu modò nascenti (si fas tibi credere) vati,
Tu fautor, primúsque adsis, Edouarde, laberi,
Quem teneras subter vites salicésque recurvas
Iganti Chamo cecinit nova fistula vatis.
Sæpe ego neglectas volui depellere, sæpe
Pœnitet, & toto reduentes pectore Musas
Accipio, inque animum flatus admitto secundos.
Ah! mihi muscosos fontes, lucósque sonantes
Inter, & errantes turis sub vallibus agnos
Contingat pigram lentè properare senectam!
Ipse ego festivo balantes carmine matres
Ducam, quas circum agglomerant, ludiatque per herbam,
Et summum excutiunt agni de gramine rorem.
Dux gregis anteibit, latéque audita superbus
Concutiet nuto mihi tintinnabula cornu.
Ipse ego nolle feram, & spissò sub vimine claudam
Fronde super viridi, villive effusus in ulva
Prosternar, totúmque trahens sub pectore somnum.
Fida simul conjux, & non incerta recumbat
Circùm progenies, nec falso nomine patrem
Dicat, onus collo mihi gratum humerísque reponat.
Det Deus in sylvis cantando annósque gregésque
Inter deficiam, & media inter pascua solvar:
Sylva mihi tantùm vita esto, sylva sepulchrum.
Sic pigra Mxandri morituro ad flumina cantu,
Eridanive fidens violati gramine, cygnus
Postremum albus olor, vitam cum carmine fundit,
Exequiísque canat felicem illabitur undam.

ELEGAN-

ELEGANTISS. POETÆ

PHIN. FLETCHERO

Calamum auratum mittit

A. G.

MITTO tibi auratum Calamum, quia singula scribis
Aurea: sic palmæ debita palma tuæ.
Nondum abscissa tamen Cuspis, neque penna peracta:
Nam tu, quo fiat Cuspis, Acumen habes.

SYLVA

SYLVA.

In Thermas Bathonie.

IGnis aquam duxit. Confide puella: vel igne
Sit puer asperior; deperit ignis aquam:
Igni nupsit lympha. Puer confidesit undæ
Frigidior virgo; deperit, ardet aqua.
Concipit amplexu flammæ, & parit unda salutem.
Speretis steriles; ignibus unda parit.
Hic ubi fœcundant ignes, uruntur & undæ,
Progeniem sterilis speret, amánsque thorum.

In Noctilucam, & nimiùm modestè.

QUid tuas retegis nimis tegendo,
Noctiluca, faces? pates latendo.
Ipsa es sphæra tuæ comésque stellæ:
Diem si repetis, die latebis.
Non te nox tenebris tegit fovendo,
Sed te nox latebris tegendo prodit.

In Lupum pastoralibus Musis maledicentem.

CUr tibi displiceant, *Lupe*, carmina nostra, rogásti:
Fist (*Lupe*) pastoris displicuisse lupo.

Allás.

Noſtra alii laudant, *Lupus* odit carmina: rectè;
Paſtoralis erat verſus, & ille lupus.

In Naſutum.

QUid naſum denſis cingit diadema pyropis?
Rex hic naſorum eſt: quis diadema negat?

In Homuncionem igniter atque inſigniter naſutum.

LYmphas, ſocii, ſpargite lymphas.
Maximus ille, (heu!) lucidus ille,
Multâ extenſus facie, gemmis
Dives, flammiferóque pyropo,
Timeo (ah!) timeo, jam perituras
Magno naſus carpitur igne.
Pinguem intus præcordia limum
Inflammârunt: ſubitóque volans
Omnia fatuus corripit ignis.
Jamque immenſis pinguia flammis
Sorbens ilia, culmina noto
Petit aſcenſu: atque omnia latè
Populans, ſcapulas ferus arentes
Lambit, ſiccatúmque cerebrum.
En! nigrantes vortice fumi,
Undánſque fluit nidor ab ore.
Lymphas, ſocii, effundite lymphas.
Plurimus ille, (heu!) ſuccidus ille,
Naſus tremulus, naſus hiulcus,
Turriger ille, (ah!) arduus ille

Undique

Undique vasto carpitur igne:
En! ignis dominatur ubique
Furunstissum seligit ignis;
Interiores fatuus ædes.

In Asotum.

DUm *Gnatho* blanditiis *Asotum* & creditor urgent;
Illi rem præceps, huic modò verba dabat.
Nil restat: jam rem, jam verba, *Asote*, dedisti;
Mox pœnis (nil te, nil ego posco) dabis.

In Mimum vivum sepultum.

SÆpe jacet potu *Mimus* vinóque peremptus:
Sæpe iterum vitam semisepultus agit.
Mors stupet; & quoniam rursus, tam sæpe sepultus,
Vivit, jam vivum (væ misero!) sepelit.

In eundem.

VIno sepultus vixerat, vivus perit,
Moritúrque vivus *Mimus* vitâ mortuus.
Sic voluit altus Arbiter: jam conditur
Vivus sepulchro, qui sepultus vixerat.

In Effigiem Ducissæ Matris, & parvulum Ducem.

CUr puer hic toties, cur oscula, *Cypria*, figis?
Et mater tantum quòd silet illa, gemis?

Aſpice; non eſt hæc, non eſt tibi *Cypria* mater:
Majus in hoc matris nomine numen ineſt.
Reſpicis? & juras *Cypria* eſſe hæc corpora? dempto
Corpore, jam matris nil habet *Anna* tuæ.
Nónne vides, ut equo gaudens atque enſe decoro
Matrem anteit *Cyprie* Cyprius alter *Amor*?
Arrides? geminúmque agnoſcis *Cyprie* fratrem?
Non eſt hic, non eſt, *Cyprie*, frater *Amor*.
Reſpicis? & magis adjuras? en matréque, téque
Suavior hæc mater, ſuavior ille puer.

Ana- { *Eliſa Vincenta* } gramma.
{ Nèlæſa vincit }

VIncentâ quòd ſim victus victrice, placebat;
Quòd *nè læſa* quidem *vincit* Eliſa, dolet.

Amicæ decedenti.

QUò mea, quò properas (heu!) lux mea? quanta reſurget
Nox mihi, cum mediâ, lux mea, luce cadis!

In Phaonium.

VOcem *Phaonis* ſequitur, veſtémque *Catonis*:
Sermo quidem, ſed non vita *Catonis* erat.
Sic ſedit, ſic cultus erat, ſic ora recluſit;
Humentem nudo ſic pede preſſit humum:
Non ità vivebat rigidus *Cato*, non ità morum
Compreſſit forti fræna reducta manu.
Sic tantùm veſtes imitatus, & ora, *Catonis*
Simia *Phaonis*, non imitator erat.

In

In certamen Papæ Pauli cum Venetis.

PEtri, Papa, crucem, superbus ensem
Pauli fers; *Venetis* ferox minaris:
Crux palmam tibi, *Paule*, pollicetur;
Illis sed gladius necem ominatur.
At si *Paulus* eris, *Petriúsque*, *Paule*,
Non tu, *Paule*, premes; premêris ense:
Non tu, *Paule*, crucem feres; feret te.

In Meliſſam.

SÆpe me crucias rogando, cur non
Ut te olim colui, colo, *Meliſſa*;
Cùm tu pulchra magis, magis venuſta es:
(Ah!) tu pulchra nimis, nimis venuſta es.
Noſtro non opus eſt *Meliſſa*, cultu;
Cùm tu te nimiùm colis, *Meliſſa*.

In Lunettam.

ESt manus, eſt facies *Veneris*, noménque Planetæ:
Sunt mores *Veneris*, mens quoque; tota *Venus*.
(Ah!) precor, ignoſcas dicenti: Non ego quòd ſis
Tota *Venus*, quòd ſis tota venuſta, nego.

In Lunettam, & filium.

SI vitam matris videas, ſi nomina nati; eſt
Mater parte *Venus*, parte *Cupido* puer.

Deme oculos; & totus erit puer ille *Cupido*:
Adde decus *Veneris*, tota erit illa *Venus*.
Sed quia formæ deest matri, sunt lumina nato;
Parte *Cupido* tu, tu nisi parte *Venus*.

Charissimæ fratri Ægidio &c.

QVid, ô quid *Veneres*, *Cupidinesque*,
Turturesque, Jocique, passerique
Lascivi canitis greges, poetæ?
Et jam languidulos amantium ocellos,
Et mox turgidulis sinu papillis;
Jam fletus teneros, exhinnulosque,
Mox suspiria, mox sinuculisque,
Mille basia, mille, mille nugas?
Et vultus pueri, puellulæve
(Heu fusci pueri, puellulæque!)
Pingitis nivibus, rosunculisque,
(Mentitis nivibus, rosunculisque)
Quæ vel primo hyemis rigore torpent,
Vel *Phœbi* intuitu statim relanguent?
Heu stulti nimiùm greges, poetæ!
Ut, quis sic nimis, (ah!) nimis stupetis,
Nives candidulæ, & rosæ pudentes;
Sic vobis pereunt statim labores,
Et solem fugiunt severiorem,
Vel saltem gelidâ rigent senectâ.
At Tu, qui clypeo haud inane nomen
(*Minervæ* clypeo, *Jovisque*) sumens,
Victrices resonas Dei Triumphos,
Triumphos lacrymis, metúque plenos,
Plenos lætitiæ, & spei Triumphos,
Dum rem carmine, *Pieróque* dignam
Aggrederis; tibi res decora rebus
Præbet carmina *Pieróque* digna.

Quin

Quin ille ipſe tuos legens Triumphos,
Plenos militiâ, labore plenos;
Tuo propitius parat labori
Plenos lætitiæ, & ſpei Triumphos.

Ad Jeſum *Servatorem.*

RVina Cœli pulchra; jam terris decus,
Deúſque; proles matris innuptæ, & pater;
Sine matre natus, ſine patre excrescens cæro:
Quem nec mare, æther, terra, non cœlum capit,
Utero puellæ totus angusto latens,
Æquævus idem Patri, Matre antiquior:
Heu domite, victor, & triumphator; tui
Opus, opiſéxque, qui minor quàm ſis, eò
Major reſurgis: vita, quæ mori velis,
Atque ergò poſſis; paſſi finem Æternitas:
Quid tibi rependam, quid tibi rependam miſer?
Ut, quando ocellos mollis invadit quies,
Et noſtæ membra plurimus *Morpheus* premit,
Avidè videmur velle de tergo ſequens
Effugere monſtrum, & plumbeos fruſtra pedes
Celerare, mediâ ſuccidimus ægri fugâ;
Solitum pigreſcit robur, os quærit vim,
Sed proditurus moritur in linguæ ſonus:
Sic ſtupeo totus, totus hæreſco, inruens
Et ſæpe repeto, fortè ſi rependerem.
Solus rependit ille, qui repetit bene.

In imaginem Chriſti à Papiſta cultam.

QValem homo mendaci te fingit imagine, talem
Non ego te aſpiciam; non ego, *Chriſte*, colam.
Qualis divino fulges, dulciſſime, verbo,
Talem ego te aſpiciam; talem ego, *Chriſte*, colam.

Errat, qui placitis hominum divina requirit:
Qui *Verbum* in verbo quæritat, inveniet.
Non caro carnali prodest; quid carnis imago?
Spiritui gratus spiritualis erit.
Spiritu ego venerer: qui farris imagine fingunt,
Et pingant carnem, *Christe*, voléntque tuam.

In effigiem Achmati Turcarum Tyranni.

Achmati effigiem spectas, qui tertia patri
Progenies, puer imperio successit avito.
Sic ævi validis iuveni micat integra membris
Ætas, & ratâ malas lanugine spargit:
Sic vultu, sic ille oculis, sic fronte minatur.
Non luxu, choreisve puer, non ille paternâ
Desidiâ gaudet; sed bella, sed aspera cordi
Arma sedent, sævámque superbia *Turcica* mentem
Inflat, & ingentes volvit sub corde tumultus.
Aut is velifera aptabit classibus alas,
Aut galeas finget, clypeósque, & fulmina belli
Tormenta; impositis strident incudibus æra:
Et nunc ille ferox *Persas Asiámque* rebellem
Subjiciens, totum spirat sub pectore *Martem*.
Exultánsque animis multâ se fusicitat irâ.
Heu! quæ *Christicolis* clades, quàm debita pestis
Immineat! quantus tanto timor instat ab hoste!
Ni tu, *Christe*, malum avertis, tu fulmina, *Christe*,
Dispergas, & vana manu comminа ludas.

In

In Rideri dictionarium à Franciſco de ſacra Quercu nuper auctum.

PAti coniferæ pinus, ſua vitis *Iacchi*;
Clavigero placeat populus alta Deo:
Phœbus amet vegetam, quamvis ſub cortice, *Daphnen*;
Sint grata *Alcinoo* ſplendida poma ſuo:
Et bene connexas lauro *Venus* ignea myrtos
Seligat, atque oleas docta *Minerva* ſuas.
At tu, docte puer, *Quercum* venerare *ſacratam*:
Sit tua, quam mavult *Jupiter* eſſe ſuam.
A *Jove* principium Muſæ; *Jovis* arbore gaudent
Ipſæ *Pierides*, *Pieridumque* pater.
At tu qui primis ſignas veſtigia planis,
Et dubio in *Latium* coeperis ire pede;
Hic tibi de *ſacra* repetes oracula *Quercu*:
Hic, quæ *Dodonam* vicerit, arbor erit.

In electionem Coll. Trin. carmen.

SIquis arenoſo committit ſemina ſulco,
Non reduces fruges, & ſua damna ferit:
Nequicquam ille ſibi rupturas horrea meſſes,
Et fata de ſterili ditia ſperat humo.
Sin pingui mandet quamvis mala ſemina campo,
Et fovet adjecto languida culta ſimo;
Fœcundam arva ſtupent meſſem, ſylvámque ſonantem:
Et compreſſa gravi pondere plauſtra gement.
Sic, ſi quo primùm fueram, ne conditis arvo,
Nulla ſeges veniet, gramina nulla meo.
Si læto inſeritis ſulco, mihi plurima ſurget,
Et non ingenii deſpicienda ſeges.

Atque

Atque utinam ex vobis unus, quanquam ultimus, essem!
Non est postremi gloria parva loci.
Quæ *Jove* prognatas inter sedet ultima *Musas*,
Inter terrigenas est Dea prima Deas.

In eandem.

QUæ sitis, siccâque arbor flacescit arenâ,
Propter aquas si quis fœcundo transtulit arvo,
Naturam exuerit sylvestrem, & læta sequetur
In quamcunque jubes artem; sive aurea mavis
Poma, & lunatos fœcundo pondere ramos;
Sive umbram, & densâ captabis frigora sylvâ.
Sic nostrum quod jam primùm sub palmite germen
Surgit, & exiguas ausum est extrudere frondes,
Crescet in immensum, si succos fortè salubres,
Atque novo dabitis firmatum inolescere trunco:
Crescet, miscebitque ingentes æthere ramos.
Nec vos *Caucaseo* fœcundæ in vertice Musæ,
Nec *Geticæ* colitis glacies, nec frigora *Rheni*.
Illæ *Parnassi*, umbrosive cacumina *Pindi*,
Arcadicæve tenent jucundo frigore sylvas:
Hinc tempestivam præbet cantantibus umbram
Populus; hinc *Helicon*, atque *Aonia Aganippe*
Labuntur, veterémque probans pulcherrima formam
Castalia, (ah!) *Phœbum* nequicquam, ignéque puella
Duros effugiens, jam puro argenteus amne
Fons fluit, & *Phœbo* & Musis gratissima lympha.
Eripe (namque potes) sterili mea semina sulco:
Da pingui infigi glebæ; quamvis rude surget
Ingenium, mentique excrescet semen adultæ.

Dom.

Dom. Obſervandiſſimo

H. W.

Venetiis agenti.

Tu mea, (miſeri felix opus) ite tabellæ,
Aëreas vos fortè *Alpes*, longumque remenſæ
Neptunum Venetas iuſtæ ſpectabitis arces;
Arces, & medio creſcentes æquore muros.
Vos etiam ora illic, ſine me, chariſſima nobis
Ora, manúmque illam, quam nos ſuper omnibus unam
Ardemus, ſine me, ſolæ tangetis, & ipſos
Sermones (ah felices!) & verba feretis.
At vos nè ſitiens vaſto *Neptunus* hiatu
Sorbeat, (heu geminæ quo olim periêre ſorores,
Multa quibus dederam mandata, ſed horridus Auſter
Omnia per nigras diffuderat irrita nubes)
Nè vos *Neptunus* lethalibus hauſerit undis,
Aut Aquilo in tenues adverſus diſſipet auras.
At tu cognatum *Venetâ* mihi ſylus in urbe,
(Si tibi regales indulgent otia curæ)
Aſpicis ut *Venerei* nunc *Mars* horridus infert:
En tragicè veris primordia comica turbat
Martius, & nunquam placidis graſcitur undis:
Jam nova rurſus hyems redit, Zephyróque repulſo,
Perpetuas nubes, tempeſtatéſque reducit.
Piſcis inera menſi, menſæ, cœlóque, ſolóque,
Piſcis inera regnat, prohibétque immania ponti
Regna pati, terrétque rates pluvioſus aduncas.
At tu, ſi jubeas, jam nunc ego neſcius undæ
Imperium, fremitúſve unquam tentare marinos,
Jam nunc aggrediar; *Venetas* ſpectabo carinas

Et te,

Et te, qui multò *Veneta* es mihi charior urbe:
Ipse ego linigeris (jubeas modò) pulsus ab alis,
Lignatóque invectus equo, Boreæque tumultus,
Æoliíque minas spernam, pelagique furores.
Atqui hic interea *Chami* flaventis ad undam,
Dum tua per medias lentus delapsa procellas
Jussa moror, varios cura est edíscere ventos,
Crescentéque magis *Phœbi* renovare labores.
At tu quod longa est undunt jejunia carmen
(Ah miserum!) accipias, & munus inane, semper
Quem dederam, & semper dandus tibi restat, amorem.

Ad Gul. Woodfordum Cantiæ agentem.

JAm tepidos *Phœbus* spargit mitissimus ignes,
Atque inter Geminos medius, Cancrúmque rubentem
Plurima producit tardo vestigia gressu.
Aspicis? umbroso crinescunt vertice fagi;
Sub ramis latitans reducem Philomela querelam
Exercet, flectíque inter, cantúsque sonoros
Mitior indulget natis, & læta laborum
Congerit in teneros gaudens stramenta penates.
Nos inopaca premit vicini cambria solis;
Nos Musis invisa salix, & pervia *Phœbo*
Fraxinus (heu!) rara fallit sub fronde sedentes,
Et nimio prodit languentia corpora soli.
At si me aërio teneat *Winsoria* colle,
Sive *Æsomesæ*, (ah!) nostra crepundia, Musæ;
Seu natale solum densatis *Cantia* sylvis,
Vel quæcunque colam (strepitu sejunctus, & urbe)
Rura, juvet tecum pratis errare serenis,
Et sub pubenti pariter considere fago.
Interea Nymphis nobis (*Guliebus*) saluta,
Quis tibi vicino jactat mea *Cantia* ture.

Veritas

Veritas omnis cognitionis eſt in judicio.

CUm jam rerum animus primis ex lumine formas
Accepit, nec judicii ſub regna remiſit,
Apparet facies veri; commiſtique falſis
Forma boni obſcuros deludit imagine ſenſus.
Ut quando exiguâ variatur luce, diémque
Nec totum admiſit, nec totum depulit umbra,
Falluntur dubio decepti lumine ſenſus,
Et deluſa acies tremulâ ſub luce labaſcit.
At cùm judicii ſolio (cui certa ſcrendi
Sceptra animus, verúmque dedit diſcernere falſis)
Siſtitur, ipſum animo verum, perfectáque rerum
Effigies lucet, tenebraſque reſolvit imanes.
Ut quando furvis terras nox implicat ulnis,
Omnibus unus erat vultus, color omnibus unus;
Perfectum retinent reduci jam ſole colorem.
Nam cùm mens recipit ſpeciem, interiúſque recondit,
Ordine ſecernit cauſas, aptáque futuro
Semina judicio, mox penſitat omnia ſolus;
Falſique denudat judex, verúmque reponit.

Mors eſt malum.

LAudat, qui neſcit mortem, noctémque profundam,
Et quos nec ſtrepitus turbant, nec ſomnia ſomnos.
At qui vicinæ propiùs jam limina mortis
Ingreditur, durique videt penetralia Ditis,
Horret nigrantes perculſo lumine manes.
Sic qui formoſâ deſcriptum fortè tabellâ
Auro fulgentem liquido, argentóque leonem
Spectat, criſpatiſque jubas, & eburnea rictus
Clauſtra, ſtupet laudans: ipſum ſi fortè ruentem
Aſpicit, horreſcit tremulus, moriendóque mortem
Anteve-

Antevenit, vivósque perit, vivitque sepultus.
Qui laudat mortis, laudat secura, timétque
Regna, & prodit iners manifesto dicta timore.
Omnibus idem amor est vita, & vitatio mortis
Omnibus esse puer juvenis, primósque relabi
Annos posse cupit; florentem ætate juventam
Prona simul tacitè miratur, & invidet ætas:
Hanc querulus laudat senior, robúsque virile,
Et profugis revocat vires, sempérque futurum
Sperat, promittítque sibi jam mortuus annum.

Gladio Pontificio vita Principis non permissa.

QUid gladios, quid, Papa, fovi data fulmina torques?
Petri siste enses, *Eliadísque* memor.
Sumere qui jussit *Petrum* enses, ponere jussit:
Cur major vero es, cujus es umbra, *Petro?*
Pasce meas, ô, dixit, *oves*, *pasce*, addidit, *agnas*:
Pasce meas, iterum, ter quoque dixit, *oves*.
Nullus mactandi locus est; quid sceptra, quid enses?
Sume *Petri* claves, *Propetre*, sume pedum.
Regi sceptra Deus, Regi fecerat enses:
Quæ Regis Regi redde, Deique Deo.
Cùm nil proficeres, deponis inutile ferrum:
Nec gladio Regem, sulphure regna petis.
At tu, summe, novum sceleri, Pater, adde profundum:
Tartarus huic uni non satis unus erit.
Vestem vix Regis secuit, dolúitque recisam,
Qui sceptrum Princeps, scripta Prophetа tulit.
Frustra igitur *Paulique*, *Petrique*, ensémque, crucémque
Jactas: hic gladio concidit, ille cruce.
Ergò
Si *Petrus* es, *Paulíque* cruci pendebis aperte:
Non pendes; pereas, non ferias gladio.

Aut

Anni temporum mutationes, variorum causa morborum.

NOn tam multi *Adrio* saliunt in littore fluctus,
Quàm varię (heu miseros!) humano in corpore pestes,
Pallentésque habitant morbi: nec semita mortis
Simplex: sæpè vices mutant: quot sydera regnant,
Tot terris morbi imperitant. Cùm splendidus annum
Primo vere *Aries* coeno, *Taurúsque* recludunt,
Mille cutim pustulæ, mille exanthemata pingunt:
Nam propior tepidos inspirans *Cynthius* ignes,
Humorem allectat putrem, multóque rebelles
Internus fervor trudit contamine succos.
At *Leo* cùm duris *Nemæus* fulsit iris,
Flava tumet bilis, flochique expumat amaros;
Multa furit pestis; flammis diaphragma subactis
Uritur, & sociis cerebrum fervoribus ardens,
Incendit furias, mentémque exturbat insanem;
Aut misera ardentes febris depascitur artus.
Non me illis quisquam *Baccho* indulgere diebus,
Non *Cereri*, aut moneat longo contendere cursu.
Excipit Autumnus, medios cui frigidus æstus
Hesperus, & primis claudens Aurora pruinis,
Vexat inæquali mutantia corpora cœlo:
Namque atrum multâ fervescens æstate cruorem
Reppulit, atque adimus frigus concludit intus:
Informes ægro subeunt in corpore morbi;
Et mens succumbit timidis offusa tenebris.
At mox, cùm averso squalescunt omnia sole,
Aut nimio infractus cruciatur frigore pulmo,
Tussis crebra latus, *fauces*que elidit anhelas:
Aut cerebrum frigus scandens, & candida multis
Regna offundit æquis, conspirat inutilis humor,
Et sensus premit effatos, animúmque catarrhus.

NISA

NISA ECLOGA.

FOrtè sub umbrosâ, sylvarum principe, fago
Sedit, & infidos gemuit *Wilhelmus* amores;
Disruptum fidei vinculum, versósque Hymenæos
Flebat, cœlum amens, & conscia sydera questus.
Non illum gemini, pastorum gloria, fratres
Cantibus experti juvenes, levibúsque cicutis,
Non qui mille greges placidis sub vallibus errant,
Solantur: juvat usquè ægro indulgere dolori.
Vos (inquit) quæ hic incidi, vos fagina ursæ
Carmina, vos, nemorum petulantia numina, *Fauni*;
Fauni, & sylvicolæ *Faunorum* incendia *Nymphæ*:
Et deus Arcadicis, *Pan*, non leve numen in arvis;
Dique omnes, diveque, chori quibus omina curæ:
Cùm dextram dextræ implicuit, cùm lumine nostros
Dejecto intrabat, quos jam fugit improba, lectos.
Nisa redi, thalamíque fugax nè desere pastus.
Non ego perjuræ, quæ tu mihi dura ferebas,
Túque, patérque tuus, memini convitia linguæ:
Non empeis legum rixas, turpésque loquacis
Risus plebis, & infamis mala vulnera famæ;
Non, cùm me inconstans fugeres, fussa impia matris
Certa sequi, teneróque odio abrumpere amores.
Quin ego te contrà precibus, mea crimina, supplex
Oblitus scelerum, sed non oblitus amorum
Reppetii, si fortè animum, si fortè vagantem
Ad solitas iterum flammas, thalamósque reducam.
Ah! dixi, quamvis scelerata, reverteretur *Nisa*

Nisa

Nisa redi, thalamique fugax ne desere pastor.
Quem lascivæ fugis? non me fecunda senectæ
Mordet hyems; capitique nives, longique per ora
Rugarum sulci rapiunt: non linguula frigent
Membra, nec effœtos tardius fluit humor in artus.
Ipse meos puro vultus sub fonte notabis,
Nec multis (si fons oris non blandior index)
Nec Lycide invideo: quid si mihi vertice crines,
Quid mihi si fusco nigrescit barba colore?
Et vobis famæ, & Veneri gratissimus idem.
Me Nymphæ quoque, me *Parnassia* numina, Musæ,
Musarumque pater, sacrum mihi nomen, *Apollo*,
Et *Dryades*; me lascivæ petiêre puellæ;
Et *Cbie*, & gemini, pastorum musica, fratres.
Tu me sola fugis dura, & connubia lædis,
Tædisque extinxti, & castos frustrâsti Hymenæos.
Nisa redi, thalamique fugax ne desere pastor.
O quantò sanus Fabius longè *Nigella*,
Atque indotatis patrem connubia *Chiæ*!
Quid tum, si pauper *Chie*? & Virtus quoque pauper,
Mendicæque novem (totidem mihi nomina) Musæ.
Illam ego (me miserum!) dum te, & tua vota petebam
Perfidi, jam sub portu, prædque in limine linqui.
Sic nubem *Ixion*, nebulâsque amplexus inanes,
Magnam animo cœli Reginam, prædque Tonantis
Sperabat thalamos: fugit levis illa per auras,
Et liquidis in terras remi dilabitur imbre.
Nisa redi, thalamique fugax ne desere pastor.
Hic nobis *Thamus* genetrix, & *Ifide* Nymphâ
Thamisis ingenti Ludensi mœnia fluctu
Alluit, & pecuris firmatum ad Tartara pontem
Indignata, aquis furit; atque immania fatis
Concitat undarum violento murmura lapsu:
Summâ longus aquâ spumarum defluit ordo.
Aut, si ruca animum, riguique in vallibus amnes,
Si sylvæ capiunt; mihi rus, mihi sylva rebundæ;

Atque idem minor, atque idem jam mitior undâ
Thamisis ipse pater felicia dividit arva,
Et quæ multa pecus surgentes tondeat herbas:
Sola defit mihi, quæ pecudi, quæque imperet arvis.
Huc ades; hic herbæ molles, hic arida culta;
Hic ego perpetuo tecum consumerer ævo.
Nisa redi, thalamisque fugax nè desere pactos.
Est tibi nam, que domi pater improbus, improba mater
Atque ambo assiduè in pejus vestigia flectunt,
Detorquentque pedes rectos. Sic omnia retrò
Deterius ruere, inque malum sublapsa referri;
Ut quando adverso pictum tenet amne phaselum
Anchora, si funem, & mordaces fibula nexus
Solverit, atque illum pronâ trahit alveus undâ.
Nisa redi, thalamisque fugax nè desere pactos.
Cantando revocantur oves, hordique petuli,
Sibilisque ipse canis vocémque agnoscit herilem:
Acer equus domino, parent armenta bubulco;
Tinnitu retrahuntur apes, & tecta fugaces
Nota petunt jussæ, & mediis inter prælia sistunt:
Tu verò (quis, *Nisa*, putet?) tu surdior illis
Conjugis avertis penelantes cæcibus aures.
Nisa redi, thalamisque fugax nè desere pactos.
Usquè tamen fugis, & torvos obvertis ocellos,
Illicitósque (utinam nec possim credere!) lectos,
Fœdósque (ah! vereor; nam cuncta veremur amantes)
Amplexus petis; hic nostrum ad ludibria nomen
(Hei mihi!) ridetur zu, quàm sim stultus amator,
Atque rudis, naras: certum est deserta ferarum
Inter spelæa, & nigras formidine sylvas
Malle pati, tristésque feris iterare querelas,
Et maria, & scopulos lacrymis, silicésque movere.
Te fera, te scopuli immanes, te mitior ipsâ,
Quâ, nisi tu, Nymphe, nihil est crudelius, undâ.
Et jam cæsurus majores porrigit umbras
Ipse etiam major, teneris sol mitior herbis:

Me tamen

Me tamen ignis edax, sacræque in pectore flammæ
Absumunt, & rupta intus præcordia lambunt.
Desertæ; arbutéoque greges sub vimine clausit.

Fusca Ecloga.

THYRSILIS, DAMON.

STabat claviculis furcas amplexa seniles
Vitis, & ingentem effudit pastoribus umbram,
Cùm sub ea angustis tardo vix flumine ripis
Complet, decrepitóque puer jam deficit amne.
Venerat huc primos miratus Thyrsilis ignes,
Et quos jam novit (nec jam quoque novit) amores:
Atque illum pariter Damon comitatur euntem,
Multa senex puerum increpitans, si fortè recentes
Ægro discutiat monitis è pectore curas:
Usquè tamen misero ingeminant, & pressa resultat
Flamma sinu, ignotisque fibras depascitur ignis.
Quis mihi florentes media inter pascua matres, Thy.
Lascivósque potens oculus, quis fascinat agnos?
Oblitus pastorum aries, oblitus amorum,
Sese fixis in terram oculis, & pondere lassus
Plexa gravant frontem duplicitis cornua gyris,
Illa gemellorum nuper celeberrima mater,
Immemor eximiæ prolis misera, immemor herbæ,
Languet, nec notis geminos balatibus agnos
Vel revocare quidem, vel respondere parata,
Sed pronum acclinat cervicem; flaccida pendent
Ubera, & ad fontem refluunt albentia lactis
Flumina; deficiunt agni, nec ludera læti
Colliculos circum exercent, soliti ordine longo
Immemores matrum petulantia ducere pratis
Agmina, perpetuóque herbis percurrere gyros.
Quis mihi florentes oculus, quis fascinat agnos?
Quòd si solis, puer, gregis est tibi cura doloris, Dam.
Carpe tui interdùm parum de cespite gramen,

Carpe tribus digitis, manibúsque ad terga reflexis
Adversos spectà Zephyros; tum gramina lævâ
Spargе manu, ter spargе manu, quà noxius Eurus
Mordet, quà Notus, & nunquam visæ Oceano Ursæ:
Hæc etiam terno ter misce murmura jactu;
Sic erit in ventos, quæ nos premit, irrita pestis.

Thy. Idem oculus pecudem, vetor, pecudisque magistrum
Perdidit; idem oculus vos, & me fascinat, agni.
Sæpe mihi ignaro trudunter lumine fletus;
Sæpe mihi intacto molles diaphragmate risus
Surgunt, & primo malè suffocantur in ortu;
Sæpe etiam nullo exhalant suspiria motu;
Atque oculis iterum facies tranquilla serenis
Nescia miratur lucem, subitúmque nitorem.
Fervida sæpe novis igneſcunt pectora flammis,
Jámque repentino facies mihi fulgurat igne:
Atque iterum gelido torpescunt membra veterno,
Pallidáque horrescunt, & qualia manibus ora.
Sic cùm primùm Aries, Taurúsve recluserit annum,
Sæpe breves cum sole vices fluidissimus Auster
Mutat; deciduas nubes liquatur in undas,
Atque iterum micat, atque iterum denso abditur imbre,
Omnia mox etiam victurus nubila, *Phœbus*.

Dam. Atque equidem timui, nec me metus iste fefellit:
Non te figa, puer, non te cantata profundis
Carmina sub tenebris lædunt, herbæque potentes;
Sed tenerum primo pectus turbatur amore.

Thy. An sit *Amor*, dubito, nec *Amoris* vis mihi, *Damœ*,
Cognita, nec facies: puerum tamen audio, gennâ,
Atque arcu cinctum tenero, lævique pharetrâ:
Tu mihi, qui notas sensisti pectore flammas,
Dic quibus insidiis, quâ te olim ceperit arte.

Dam. Ah! miserande puer, non ille armatus acutis
Jaculis, pharetrâve humeros indutus aeternâ;
Qualis *Persei* comitata ad fluminis undas
Prima cothurnatis incedit *Delia* Nymphis,

Atque

Atque ursim jaculo squalentem, aprúmve furentem:
Verùm oculo latet, atque oculi curvamine tectus
In teneras ignem immittit per lumina fibras.
Sæpe etiam blanda latuit sub voce *Cupido*,
Perque ipsas tacitè in pectus dilabitur aures:
Sæpe comâ implicitus tortâ, vel fronte serenâ,
Aut tenero ignaros risu, lacrymisve fefellit.
Sed nunquam immitem jaculatur certiùs ignem,
Quàm cùm sub tumidis obscurus fortè papillis
Cluditur: at si labra inter formosa resedit
Tectus, non illis quisquam me basia labris
Ferre, vel impresso moneat certare libello.
Quòd si fortè illas fixo petis ore latebras,
Irruit, atque viâ tacitè delapsus opacâ,
(Heu!) non delendo totas premit igne medullas.
At tu, chare puer, nostram nisi spreveris artem,
Dic mihi quam nuper spectaveris ore puellam.
Aut amor, aut ipsi similis mihi morbus amori est. Thy.
Nam, *Pani* nuper dum sacro altaria thure
Fumant, arbutéque greges sub vimine clausi
Abstinuêre cibo, pratis effusa juventus
Annua restaurant missis convivia Nymphis:
Ipse agro fortè errabam, qua fronte Triones
Spectat, & illota nomen sortitur ab ursa:
Hic ego ludentem media inter robora *Fuscam*
Aspicio primus, primas miser imbibo flammas.
Illa quidem dum me fixis spectabat ocellis,
Sensi equidem illabi radios, qualésque reflexus
Mittere Sol primo assuevit sub vere calores:
Nec tamen abstinui, nec tales sub nive flammas,
Aut tantum hic poteram facie sperare dolorem.
Illi simplicitas roseo pulcherrima vultu,
Illi casta *Venus* sedit, Virtúsque, Pudórque
Lactea perpetuo suffundens ora rubore:
Lumina, quæ Geminos vincant, stellimque micantem,
Ultima quæ cœlis excedit, prima relucet.

At cùm labra labris sociarem, (ah!) quam mihi mentem
Tum, *Damne*, quos esse putas sub pectore sensus?
Sensit & ipsa dolos: puduit, mentémque decorus
Prodiderat rubor, & tacito suspiria flatu
Invitæ exierant: ex illo, sævior ardet
Mente furor, magnóque intus candescit ab æstu:
Qualis, ubi Siculo prælsus sub monte *Typhoeus*
Eructat flammas, tonitrúque immugit acuto.
Nec mihi tuta dies, nec nox mihi libera somno:
Luce instat, noctésque etiam mihi visa profundas
Adventare, iterúmque ignita refigere labra,
Atque iterum notos *Fusca* inspirare furores.
Dam. Ah! miser agnosco veteris vestigia flammæ,
Et mihi qui gelido desævit corde tumultus.
At tu nè tenero pugnes, puer, auspice *Amore*.
Undæ *Amor* immani, magnóque simillimus amni;
Quem valido si conjecti premis obice saxi,
Eruit, atque undis latos stagnantibus agros
Obsidet, & pecudes, & flavas sternit aristas.
Jam tibi firma ætas, apti jam lusibus anni:
Tu modò, chare puer, nè pronam dejice mentem.
Ipsa etiam simili, nisi me vestigia ludant,
Vulnere turbatur, tacitóque exuritur æstu:
Et citiùs rapiunt, & celant doctiùs ignes.

MYR-

MYRTILLUS.

Ecloga.

SURGIT præcisis rupes altissima saxis,
Et cœlo minitans subjectis imperat arvis;
Discutiens nubes capite, & pede *Tartara* pressans.
Infracti dorso venti tonuêre, minisque
Horrendum pelagus fremuit: sed lata profundo
Excepit maria alta sinu, lymphisque cavato
Molliter illapsis gremio convexa recondit:
Sæpe illic Nymphæ furtivos leniit ignes
Tritos; sæpe greges illic, armentaque cogens
Sopitas *Proteus* mulcebat carmine phocas.
Venerat huc miseros deflens *Myrtillus* amores,
Infelix puer, at cantu levibusque cicutis
Doctus, & Oceani totâ notissimus undâ.
Illum turba frequens circùm mirata canentem
Nymphārum sedet; & crudos miserata dolores
Solantur, placidisque levant incendia dictis:
Flet tamen, & cymbæ viridi projectus in ulva
Sic *Daphnæ* miser, & tardos incusat amores.
Nulla mihi tanti, Nymphæ, solatia luctûs.
Aut levet ipsa meos *Daphne* quos intulit ignes,
Aut si adeò indigni sumus, atque irascaris usquè,
Usquè adeò crudelis *Amor* sub pectore sævis,
Has, precor, has tumulum, Nymphæ, concedite lymphas:
His ego inextinctos (finitis modò) fluctibus ignes
Immergam, si fors tantos mare ceperit ignes,
Nec liquido æquoreas inter caream æquore lymphas.

Scilicet expectem, *Damon* dum fumidus illam
Extipiat scabulo, thalamóve injecta *Myconis*
(Hei mihi!) pisciculis jussos misera induat hamos?
Jánque iras ferte, atque immitia jurgia discat,
Aut saltem dum blandisonis (ah credula!) falsi
Thyrsidis acta dolis, fidos contemnat amores,
Atque illi fulgent victrici tempora lauro,
(Heu dolor!) & spretis squalent mihi serta salictis;
Jam mihi, jam satius crudelem abrumpere vitam,
Tóque uno pariter leto finire dolores.
Non me monstra maris terrent, immania cete
Corpora, non curvi delphines, non tua, *Proteu*,
Imperia, informes passim per littora phocæ;
Non ipsum terret, vincens sua monstra, profundum:
Hoc *Amor*, hoc longè genitali immitior undâ
Urit, & ingenti pectus depascitur igne,
Hoc ipsa immitem *Daphne* quæ vincit *Amorem*.
Omne malum inveni, *Daphne*, te mitius, & quod
Æquora, quod terras tranat, cœlúmque profundum.
Turbatæ fuerent nuper cùm flatibus undæ,
Ipse ego præcipitem lymphis me, & gurgite vasto
Submersi, si fortè ardentes fluctibus ignes
Eruerem, exosámque tibi premerem æquore vitam:
Sed medias inter ponus te mitior iras
Ad portum summis fluitantem advexerat undis.
Quin me crescentes iterum restinguere flammas
Tentantem humanus medio tulit æquore delphin;
Attonitúmque vehens, meritam illi, carmina, naulam
Excepit, lætúsque oneris prope littora vexit.
At tu nec precibus, nec carmine victa, nec ipso,
(Omnia qui vincit) cujus sum plenus, *Amore*.
Non me, si nósses adeò, sævissima Nymphe,
Despiceres; & me spretis *Tritonibus* ardent,
Neglectíque petunt Nymphæ *Nereides* undis:
Æmulus ipse mihi nequicquam carmina *Thyrsi*
Invidet, & toties cantando ad littora victus

Frustra

Frustra iterum calamos tentat, Musisque rebelles.
Me quoque jam primò gelida sub rupe canentem
Audiit, & teneris indulsit præmia Musis
Undarum regina Thetis, quæ condita mecum
Servo, duos oculis similes tibi, Nympha, pyropos.
Est mihi, quà tumidas volventem ad littora moles
Oceanum solitus Triton demittere, concha;
Concha auro, & niveis gyros circum illita gemmis,
Munera si tangunt sed nec te munera tangunt.
Ah, Myrtille! quis hic invasit pectora tantus,
Quis tantus furor? has citiùs tibi carmine rupes
Flectes, hanc citiùs, quæ ripæ irascitur undam:
At rupes flere, & liquefactum frigore visæ
Aera, guttisque è gelidis stillare cavernis:
Aspice, ceu rauco spumosa ad littora fracti
Tristia cum gemitu præbent mihi murmura venti;
Nec tu mota tamen. Vastos mihi reddite fluctus:
Certum iterum lymphas, iterum tentare profundum.
Vos mihi, vos gelidæ rupes, vos retia fixis
Nequicquam elapsos remis captantia soles,
Et tu, dum licuit, meritò charissima nobis
Cymba, vale: non te posthæc prope littora lætus
Saltantem lymphâ pariter salientè videbo.
Non ego te recubans medià, resonantia latè
Æquora mulcebo cantu, ventósve tonantes.
Vósque etiam rupes, levia, fluctúsque sonoros
Carmina, sed nunquam Daphnen motura superbam,
Carmina grata valete; & tu quoque inutile munus,
Concha vale, gemmæque, vale immitissima Daphne.
Vos mihi defuncto exiguum de cespite bustum
Nymphæ, surrigite, & supremum inscribite carmen:
Ista suam Daphne feritatem in gramine spectet.

CEPITÙ

CRIPITE MYRTILLUS IACET HOC, TUA CRIMINA, DAPHNE.
QUANTULA IAM TANTO SUPERESSE EX IGNE FAVILLA!

Dixit, & invitam protrusit in æquora cymbam.
Arguto miserum gemuerunt murmure venti:
Illum etiam lacrymis remi flevêre madentes:
Flebilis illum etiam Alcyon, fulicæque sonoræ;
Quæque etiam salsos stillabant retia fletus.

Lusus Ecloga.

THYRSIS, MYRTILLUS.

FOrtè greges uno pastorum læta juventus
Littore compulerant, cymbásque attraxit eódem
Piscantûm pubes: fuit illis nobile ripâ
Certamen: *Thyrsis Myrtillo* (littoris iste
Sylvarum alter amor) *Myrtillus Thyrside* pugnat.
Insignes formâ juvenes, levibúsque cicutis
Ambo, annísque pares, experti cantibus ambo:
Ambo myrtetis tecti, prope littoris undam
Consedêre, fluunt circum sylvestria Nymphæ
Numina, & æquoreæ Tritonum incendia divæ:
Illum pastorum, piscantûm hunc agmina cinguntj
Myrtus utrique, utrique sonans admurmurat unda.
Porrigit alta suis rupes cantantibus umbras:
Inque repercussum repulit sua lumina solem.

Da mihi, siqua fides juranti, *Cynthie*, pacta *Thy.*
Quæ nuper memori recitásti carmina lauro:
Dum tibi jam facilis *Daphne*, jam mitior, ipsum
Vertice (quâ potuit) prono veneratur amantem.

Et mihi pollicitus, modò amanti credimus ulli, *Myr.*
Proteus, quo nuper placaverat æquora, carmen.
Te delphin stupuit, *Proteu*, te æquabilis unda;
Te (tua regna) atræ passim per littora phocæ.

Viva mihi in sertis meritò gratissima lauru, *Thy.*

Laurus

Laurus *Apollinea*, & leviter pudibundi *Hyacinthi*.
Jam mihi, paſtores, veſtri ſi cura poëtæ,
Jam mihi *Phœbeo* conſtringite tempora flore.

My. Ante alias me delectat *Cytherëia* myrtus;
Littora myrtus amat: mediis me lilia lymphis.
Pontivagi, vobis ſi ſit victoria curæ,
Huic, juvenes, capiti *Paphias* appendite frondes.

Thy. Paſtores amat, ipſe olim quoque paſtor, *Apollo*.
Admeti ipſe greges *Penei* pavit ad undas.
Tu quoque perpetuis ſopito, *Delia*, ſomnis
Paſtori furtiva alto fers oſcula *Latmo*.

Ady. Quæ te littoribus, quæ tanta abſtraxerat herba,
Glauce, aux itque deos? quin te quoque fluctibus ortam,
Mollibus implicitam (prima ah cunabula!) ſpumis
Dicimus, & jam tu tenerorum mater amorum.

Thy. *Arcadicus* me *Pauxus* amat, me magnus *Apollo*:
Lætos ille greges, variam hic promiſerat artem:
At ſi tu me, *Niſa*, pari dignaris amore,
Non *Pan Arcadicus* placeat, non magnus *Apollo*.

Ady. Et noſtrum *Proteus*, & noſtrum *Glaucus* amorem
Vincere, piſcatu hic tentat, ſed cantibus ille:
Quòd ſi tu noſtro, *Nerine*, carperis igne,
Non *Proteus* noſtrum obtinet, non *Glaucus* amorem.

Thy. Sparſa domi maculis pretium eſt mihi carminis agna;
Non illam grege mutârim: ſunt pocula crebro
Plena *Jovis* furto, variis prodentia flammas:
Jam tua, ſi vis, agna tamen, tua pocula, *Niſa*.

Ady. Par mihi cygnorum, & lævi mihi pocula conchâ,
Pocula purpureo exterius fulgentia fuco:

Pes illi

Pes illi niveus certo surgit ab osse:
Pocula, *Nerine*, tua sint; tua præmia cygni.

Pronior en *Phœbus* (cantu desistite Musæ) Thy.
Lucem utrique secat divisam æqualiter orbi.
Antea quàm globuloso humescant gramina rore,
Arbuteis saturos claudamus finibus agnos.

En nimio, juvenes, albescunt retia sole: Myr.
Frigidus in tenues aër jam liquitur imbres.
Jam satis est; fixos pueri subducite remos,
Colligite in solitos piscantes retia nodos.

Hæc illi-at Nymphæ lectis utrinque coronis
Lauro illi, *Paphiâ* decorant huic tempora myrto,
Et vario intexunt (ah dulcia præmia!) flore.

FINIS.

Fletcher Co.

20

DE
LITERIS
ANTIQUIS
BRITANNIÆ
REGIBUS
præsertim qui doctrinâ claruerunt, quique Collegia
CANTABRIGIÆ
fundarunt.

CANTABRIGIÆ
Ex Academiæ
Typographeo

FLORENTISSIMIS
Sororibúsque Musis, Collegiis verè
Regàlibus, huic Cantabrigiensi,
illi Ætonensi

HAS PATRIS (TUM ADMODUM adolescentis) Ægidii Fletcheri in utraque lege Doctoris, olim utriusque Alumni Camœnas

PHINEES FLETCHERUS EJUSdem natu maximus, sed earum omnium minimus, in debitum omnis officii monumentum consecravit.

MVSEVM
BRITAN

COLLEGIIS REGALIBUS, CANTABRIGIensi, Ætonensi, has Ægidii Fletcheri parentis optimi Camœnas dicat dedicatque P. F.

Quæ Vinsori turret Aquæduna superbat
Suspicio, & subterlabentem vertice Thamesim
Despicit æthereo, Aönidum dulcissima Nutrix,
Cujus ab uberibus, cujus cervice repandâ
Lactea emulsi siticuri flumina labro;
Visque adeò innocuæ (mihi prima crepundia) Musæ,
Tuque Helicon mihi Regalis, blandissima Mater,
Cujus ab ore sacro ruit Aönia Aganippe,
Annæ fluctu placido, quum rosida mella loquentem
Pierides stupuêre omnes, stupuêre canentem,
Tu mihi lætâ fave: laxis siquæ otia curis,
Respice parva quidem, sed plus quam debita meritis
Munera, quæ nori cecinit arcta fistula Vatis
Carmina, dum inanes animi depascitur æstus,
Quâ Pater externis Chamus vix cognitâ rivis
Flumina demulcens Regales alluit hortos,
Templaque subnissis veneratur Regia lymphis.
Nota etiam veteris Chamus vestigia cantûs
Agnoscat: fers ipse Pater, fers accinet ipse.
Ast ego tot tanta minor longè vestigia Patris
Cerno, difficilisque sequor non passibus æquis.
Hic ego perstreperet culices, udisque paludes
Inter, & æternâ tectum caligine cælum

Disperdo ætatem: gelidas præcordia sanguis
Occupat, & lætus abigit de pectore Musas.
Hic mihi defectæ torpent sub corde Camœnæ,
Et solidam gracili vix optant voce salutem.

Devotissimus

P. F.

DE

LITERIS ANTIQUÆ

Britanniæ, Regibus præsertim qui doctrinâ claruerunt, quique Collegia *Cantabrigiæ* fundârunt.

MTibias, & Nicias (quorum *Isidis* alter ad amnem,
Alter ad irriguas *Chami* confederat undas)
Certabant, ætate pares, quis, nostra peteretes
Littora, cùm fugerent steriles *Pernessidis* undas,
Ceperat hospitio Musas: ille *Isidis* amnem
Prætulerat; *Granta Nicias* bifluminis agros.
Major erat *Nitiæ* facundæ gratia linguæ,
Major honos, tumulóque sedens majora canebat:
Candida cæsaries, & candida barba canenti
Pendebat, niveáque serens insigne senectæ
Longior à mento pectus veneranda decebat.
Illos ad patrii certantes littora rivi
Audierat *Lycidas*, *Chami* qui pascua circum
Quinque per hybernos, totidemque æstate micantes
Vixerat aucupio soles, dubiúsque sequendi,
Frigora dum gelidas *Chami* captabat ad undas,
Talibus alloquitur vicinum gurgite rivum.

Tu mihi qui molli vitreus petis æquora cursu,
Chame pater, Nymphisque sacro das jura sub amne,
Dicito, quandoquidem nostros ab origine mundi

Alluit, & terrestrique secat terroribus agros,
Unde genus veteres quondam duxere *Britanni*;
Quique patres priscique duces, quo tempore primùm
Ista novis cœpit tellus florere colonis:
Et siqua est non vana fides, quis nostra petentes
Litora *Memidas* peregrina per æquora secum
Vexit, & hæc vestras posuit monumenta per undas.
Sic tibi, quæ ramis super impendentibus umbras
Præbeat, accrescens in margine floreat alnus:
Sic tibi, quà crebris limosa paludibus *Elsa*
Cingitur, illisæ lacerentur flactibus ulvæ.
Hæc ait, & manibus *Lycidæ* ter flumina libans,
Populeâ toties percussit arundine ripas
Cum sonitu; magnóque locum clamore replevit.
Tum pater ignotæ subitâ formidine vocis
Attonitus, nadidum summâ caput extulit undâ:
Cæruleus tergo dependet carbasus, ures
Canna tegit, paulùs fluit humida naribus unda:
Et simul emersæ vitreo de gurgite Nymphæ
Naïades denso circùm sese agmine fundunt;
Thespio, *Dymæque*, *Dimæque*, *Cæsariéque*,
Eurynomêque, *Thoëque* soror, *Nomadéque* virgo,
Et niveo *Lesce*, & croceo velamine *Xanthe*,
Flava comis, rubra genis, & candida vultu: (*Authori;*
Et *Menale*, & *Cretale*, cùmque *Æmone* discolor
Et *Diodotâ*, *Themisque*, (amb æ Oceanitides olim,
Nunc fluvii Nymphæ) *Graiæ*, *Berœa* gentis,
Inter & *Affyrias* eadem celeberrima Nymphas,
Insignis facie, sed plusquam nubilis ævo;
Quotquot peregrinis genuit sub fontibus *Arnus*,
Sed nunc *Anglicenas* degens *Polyhymnia* per amnes:
Omnes carminibus seriem percurrere doctæ
Annorum, & longis deducere tempora fastis.
Ipse senens urnam manibus, sceptrúmque decorum,
Pellibus inclusum nigris, & ispide librum
Extulit; hoc illi dederat (venerabile munus)

Mercu-

a *Sacra Li. Gloria Bede.*
b *Sylvester.*
c *Dion.*
d *Cæsar.*
e *Tacitus.*
f *Celer.*
g *Leges Saxonum.*
h *Albanus.*
i *Florianus.*
k *Nigor.*
l *Ovid.*
m
n *Flor. Hist.*
o *Diodorus.*
p *Justinus.*
q *Berosus antiquus.*
r *Polydorus Virgilius.*

Mnemosyne, *Antidea* mater longæva sororum.
Hunc replicans, veterémque petens exordia rerum,
Plenáque concurrens fluvali tempora moeco,
Talia sedatis memorans cæmebat ab undis.
Hæc primùm Oceani circumsona fluctibus arva
Saturbei colu[illegible] viri, qui gurgite vecti
Cæruleo, ignotas pelagi venêre per undas,
Lustrabántque solum ratibus, cœlestis postquam
Flumina coperunt terrum se condere ponto,
Humanúmque genus redivivis crescere terris;
Hinc alu indigenas, alii dixêre Gigantes:
Quippe vigens mundi, nec adhuc incesta juventus
Intemerata diu servabat semina rerum;
(Semina, posterior vires quibus abstulit ætas)
Hinc validis ingenti surgebant corpora mole,
Corporibúsque animi virtus æqualis, honesti
Ardor, & in vastis florens vis cœlica membris:
Cœlum hinc spirabant, spirabant ardua mentes.
Sceptra novæ primus tenuit regalia gentis
Saturbeus, regni qui clausos æquore fines
Extulit, & magnâ *Celtus* ditione premebat:
Hinc quoque *Disitalus* cognomine dictus *Ibero*
Arduus huic animi vigor, & vis enthea mentis
Emicuit, magnáque sedens gravitate verendus
Justitiæ leges, & summi jura Tonantis
Sancta docens, validis lapsos retrahebat habenis,
Et memori sanos figebat pectore mores.
Hinc quibus hæc primùm patuerunt arva coloni
Saturbei, geminique maris quæ tunditur undis
Insula, *Saturbea* tenuit per sæcula nomen.
Hinc *Magus*, *Europæ* primus qui finibus urbes
Condidit, & nondum bellis assueta moveri
Parva suburbanis circumdedit oppida fossis,
Et studiis sceptrisque potens successit avitis.
Quanta viri virtus, quantus sub pectore fervor
Justitiæ, & pietatis amor, quibus artibus olim

Florebat

Florebat! sed fama virum mutabilis ævi
Ire per ætates vetuit, perque ora nepotum.
Additur huic *Sarros*, regni qui frena potenti
Accipiens, virtute pari moderatur, & arte:
Religione sacer priscâ; qui sponte sequentes
Castalidis abduxit aquis, & *Pieno* Musas,
Atque urbes habitare dedit, ruínósque penates;
Exósas nemorum Divas, turbæque procacis
Qui sylvâ errabant pestilentia numina *Panos*:
Vix clausâ inractum fervente etiam arce pudorem.
Hunc pius & regno *Druis*, & virtute paternâ
Insequitur, *Druidésque* suo de nomine vates
Instituit, (*Druidæ* sanctum genus:) ipse ferinos
Lenibat monitis cultus; ipse, polósque
(Nativas animæ sedes) patriámque docebat
Cœlestem, & semper crescentia secula mentis.
Successit patri *Bardus*, justísque regebat
Arbiter, & populo, & Musis gratissimus idem.
Ille lyrâ heroas solitus, divósque sonare,
(Felices animas) & fortia condere facta.
Scriptorum meritos nobis invidit honores
Livor edax, livor, Musisque inimica vetustas.
Vsquè tamen nomen *Bardi* manet, usquè poëtis
Cantandum, & tanti haud indebita gloria regis.
Fortunata nimis tali sub principe talis
Insula, cùm veræ populo virtutis amanti
Dux, comes, & heros princeps fuit: ipse canebat
Ipse heros heroas, & ipse canetur ab illis;
Institúitque sacras (pars ipse haud ultima) Musis.
At mox deterior paulatim incedere terris,
Decolor, & ferro propior jam cœperat ætas.
Saxonicus invadit vastos ferus *Albio* artus,
Neptuni soboles; illi simul improbus ibat
Mars comes, horrendóque furens *Bellona* flagello:
Quos lacerâ infelix sequitur discordia palla,
Et furor, & cædes: pulsæ secedere Musæ

In latebras cæpêre procul; procul impia vitant
Bella, iterúmque umbras turbat æ, atque otia captant.
Ille ferox domitam victoris nomine gentem
Induit, *Albina*/*que* haud longo nomine dixit.
Mox infelici *Trojanus* origine *Brutus*
Fatis appulsus venit, monitisque *Dianæ*.
Ille manu sævam *Albionis* de semine gentem
Fundit, & immanes (informia monstra) Gigantes
Dejicit; is populo leges nomenque *Britanno*,
Dulciáque immorienti florentibus otia natis,
Imperiúmque suis, divisique regna reliquit.
At *Scythicâ* fessus glacie, *Rhodopéque* nivali
Bella ferens, cladésque *Humber*, *Numidum*q; phalanges,
Cambrum acie, juvenémque ferox domat *Albanactum*;
(Heu fortes nequicquam animos!) quos sanguine victor
Mox *Scythico*, hostilique pisbat cæde *Locrinus*.
Ast Aquilis *Humber* pulsis, fractisque maniplis,
Cedere paulatim, & lento vestigia gressu
Ad fluvium (turgens irâ) improperata referre:
Acriùs incumbunt *Britones*, turbántque, premúntque
Ictibus: is tectus telisque undísque *Britanno*
Infelix vitam, nomenque reliquerat amni.
Jámque etiam tumet, & Regali tardior *Humber*
Incessu, nunquam placidis irascitur undis:
Marte perit victus, *Neptunique* obrutus *Humber*,
At *Scythico* capitis vultu, flentique decoro,
Captivam implorat victor; lacrymísque *Locrinus*
Fœmineis cessit, (madidis immersus ocellis)
Mox exoravit, thalamique in parte locavit.
At miser implexæ (miser, & suspensus amator)
Fraude domus, fixóque tegens mala furta dolofo,
(Ah!) miseram illicito *Sabrinam* sustulit igne.
Jámque decem virgo, septémque reliquerat annos
Nubilis, uxoci tandem cùm læsa patebant
Fœdera vesanæ, & spreti perjuria lecti.
Nec queritur, lugétve; acri furit, æstuat irâ;

Scríque

Seríque corde viri preſſans, animóque volutans
Crimina, *Marte* fero mendacem, armíſque virago
Aggreditur Regem, quà plenùs diua culpa
Irrigat, & tumidâ *Seuerus* volvitur undâ.
Ille acies bello fractas, captóſque maniplos
Indignatus, atrox ſtricto ſibi pectora ferro
(Fœmineis bis jam domita armis pectora) rupit.
Regem fidi comes pellex (miſerabile corpus)
Procubuit ſuper, & tepidos miſera induit cineres.
At matris fato infelix extemita virgo,
Dum fugit ultricis vultum *Sabrina* nouercæ,
Seuerni inſiſtens ripis, ubi plena *Vitrigum*
Unda lavat; *Seuerus* pater, *Seuerne*, cubat,
Cujus ego ripis ſolita olim, & flumine curvo
Ludere, ſi meritos, ruleram tibi ſemper honores,
Si tua flore libens rapto, violíſque, roſíſque
Æquora, ſi lauro nexis, myrtóque coronis
Aſperſi, miſerere pater morientis, & iſtum
(Siqua via eſt) animam triſti defende nouercæ.
Audiit, & miſeram pallentem morte futurâ
Abſtulit in vitreas ſedes, ubi regia Nymphis
Jura dedit, thalamique libens in honore locavit,
Dixit & immerſâ *Sabrinæ* à virgine flumen.
Hinc *Medanus*, nemorúmque colens *Mempricius* um-
Venitor; qui dum vacuis in montibus errans (bras
Tela gerit, rigidíſque ferox iraſcitur apris,
Occidit agreſti laniatus dente ferarum,
Scepträque vix habili geſtandi reliquit *Ebrauco*.
Ille tamen populos ſumptis maturior armis
Addidit imperio, placido quos flumine *Sucuus*
Alluit, ingentíque patet *Germania* tractu.
Hinc rediens Boreæ populantes mœnia *Pictæ*
Vicit, ubi pelago nondum confunditur *Oſa*.
Additur huic viridis clypei velamina geſtans
Brutus, & à domito rediens Aquilone *Leſſus*,
Victor ad *Axeum* qui condidit oppida ripis,

Quos

Quos sequitur pacis studiis insignis, & armis
Ladinus; ille novam circundat mœnibus urbem,
Quà piger Eoum versus mare *Sturius* amnem
Dum it, & refluus nequicquam extubat arenas.
Excipit extincto regnum genitore *Bladudus*;
Dulcia posthabitis qui tractans otia bellis
Artibus ingenuis proavos, studiisque præbat;
Ille puer, primi cùm flos adolesceret ævi,
Argolicûm populos, magnisque petebat *Athenas*.
Indè peregrino rediens ex orbe, paterno
Clarior imperio, studiis clarissimus ibat.
Nempe sua illi natura recluserat artes,
Et terræ pelagique vias, vimque potentes
Herbarum; varios idem describere cursus
Astrorum, & celeri numeros percurrere motu
Noverat, & magnum distinguere finibus orbem.
Ille etiam (horrendum!) trepidantes ignibus undas
Nubere sulphureis jussit; placidam ille salutem
Amplexu parere infando, quà turgidus *Avon*
Defluit, & medicas jactat *Bathonia* thermas.
Illius infelix sequitur post fata *Leyrus*:
Quem *Cordeila*, trahens *Gallorum* è finibus agmen,
Restituit regno profugum, germanique sorores
(Ultra patrem virgo) dotalibus expulit agris;
Ipsâque susceptas regni molitur habenas.
Hanc ubi ter victi tandem vicêre nepotes,
Et teneros vinclis onerâssent virginis artus,
Non tulit, & duri tandem pertæsa dolorem
Carceris, (ah virgo infelix!) innoxia ferro
Pectora, purpureóque habitantem sanguine vitam
(Conscia virtutis, sexûsque oblita) reclusit.
Alma sed insontem Tellus miserata puellam,
Protinus è tepido manantem cæde cruorem
Excepit; solisque novos ubi sentit amores,
Luteolum vernas flocem submisit in auras:
Nunc quoque per veteres crescens cordelia muros,

Et super alta domus passim fastigia nomen
Virginis extinctæ patrio sermone reservat.
At solidos acer regni dum poscit honores
Condagius, sceptrique nequit divortia ferre,
Arma movet, *Cambrisque* quater fugientibus instat;
Sabrinæ replens cognato sanguine ripas,
Occupat imperium. Quid non mortalia cogis
Pectora, spes regni, sceptrique insana cupido?
Hinc *Rivallo* potens opibus; quem deinde sequuntur
Gurgustus, rigidúsque *Jago*, pulchérque *Sisyllus*;
Chyzimachúsque puer, cui tutpis inertia primis
Hæserat in cunis, patrique simillima proles
Gorbodus, ignavum ducens inglorius ævum.
Additur his curvo succinctus acinace *Perrex*,
Quem furor, & sceptri rabies vesana nefandas
Impulit in cædes: is dum civilia tractat
Prælia, fraterno fœdavit sanguine dextram.
Cædis at autori parò veneranda senectus
Canitiem, extremúmve dedit sine cæde sepulchrum.
Hunc etenim genitrix fraternâ cæde tepentem,
(Heu furor, & duræ pietas scelerata parentis!)
Cædi animos, animis dextram, dextræ arma ministrans,
Occupat, & stricto jugulum mucrone resolvit.
Hinc iterum varii miscebant prælia Reges,
Donec *Brutigenas* inter victricia tollens
Signa duces, solus regni *Mulmucus* honores
Occupat: hic (nostris ignotum regibus usum)
Crinibus imposuit primus victricibus aurum;
Et populi tandem *Belino* frena reliquit.
Sed quid ego Reges memoro, quibus aspera cordi
Prælia semper erant, *Martémque* licentiæ ferro?
Scilicet hinc seriem poteris cognoscere gentis
Brutigenæ, regnique vices, quo tempore primùm
Avones hanc nostras sedem posuêre per undas.
Proximus his etenim sese *Gurguntius* offert,
Belino genitore satus, quo sceptra tenente

Cantabat

Cantabri has primùm terras, & littora vidit;
Cantaber Hesperidûm qui natus origine Regum
Oceani lustrabat aquas, fractisque requiescens
Navibus hospitium, placuam hospita fœdera junxit,
Et *Belisinges* meruit connubia nostræ.
Hùnc ego per ripas, & adhuc ignota vagantem
Flumina, lustrantémque locum quo figeret urbem,
Talibus aggredior dictis: Sate sanguine Regum
Hesperidûm juvenis, post tot jam sæcula votis
Exoptate meis; ut te nunc gregibe læto
Excipio! neque vana movent præsagia mentem.
Nam, memini, quondam mihi talia fata canebat
Cæruleus pelagi vates, qui flumina *Protea*
Temperat, Oceani primis ubi miscetur undis;
Egregium rutilo venturum lumine fidus
Finibus *Hesperiæ*, sacro quod vertice flammas
Funderet; & nostrum radiis aspergeret amnem.
Antè per ignotas volvens mea flumina valles
Ibam; nunc *Tweda* mihi, nunc *Humber*, & ipse
Thamisis Angligenûm surget regnator aquarum:
Atque peregrinos ibit mea fama per amnes.
Jámque meum *Dorii*, jam *Tatæ* regia nomen
Audiet, applaudéntque meis *Nereïdes* undis,
Quà refluas inter pelagi confundor arenas.
Quare agè, prima pedum signans vestigia muros
Aggredere, & celebrem molire penatibus urbem.
Hic tibi certa quies, hìc crebris oppida tectis
Assurgent, referéntque tuam per sæcula nomen.
Vos quoque jam primò terris salvete *Britannæ*,
Pieridæ, cœli, & diuûm genus: otia vobis,
Claráque venturi promittunt tecta nepotes.
Ille novo signans fatalem vomere terram,
Extulit ingentem spatiis & mœnibus urbem,
Effinxitque domos. vix jam vestigia tanti
Apparent operis, sic improbus omnia *Mavors*
Diruit, & sæclis inimica prioribus ætas.

Hæc

Hæc vestræ (neque vana fides) natalis origo
Urbis, ad has olim posuit quam *Cantaber* undas;
Cantaber Hesperidûm prognatus origine Regum.
Jámque per has passim (veluti *Pernessida*) ripas,
Naiadum plaudente choro, cœpêre sorores
Pieriàes resonare modos, & carmina lætæ
Cantabant, placidæ cum munere pacis ovantes:
Undique collectæ juvenúmque senúmque catervæ
Huc ultrò fluere incipiunt: mox quarta sororum
Eumenidum Bellona (dolens cessisse *Britannis*
Finibus ejectam, quam *Nox* tulit horrida *Martî*
Barbariæ) *Stygiis* ardens se misit ab undis,
Arma manu, lethúmque ferens, trepidásque Camœnas
Terruit, & crebris immiscuit omnia bellis.
Hinc etenim dum sceptra petunt divisi *Britanni*,
Dulcia civili dirimebant otia ferro.
Hinc *Scotus*, & longis innixi *Pictones* hastis
Finibus infusi, retulerunt annua genti
Prælia, ducentésque novâ cum messe colonos,
Impositum plaustris Autumnum ad proxima *Tuedæ*
Flumina captivum secum abduxêre quotannis.
Hinc *Hybernicolæ* ducebant agmina gentes;
Hinc & ab ejectis victricis castra *Selevris*,
Indomito quæ *Marte* satus *Romanus* alebat,
Omnia vastabant ferro, dum signa reposcunt,
Captivósque infensi duces, quos agmine fuso
Vicit *Hamadryades* inter *Vvadica* sorores
Bellatrix: non illa colos, calathósque solebat,
Sed ferrum versare manu, currúque volantes
Quadrijugos medios audax inferre per hostes;
Aut pedes ardentes in prælia ducere turmas;
Aut, si compositis floverent otia bellis,
Figere spumantem longis palearibus aprum,
Frendentésque cière lupos, assueta labori;
Promptior ut pugnas, redituráque bella moveret.
Sic iterum silvêre diu, solitósque Camœnæ

Consuêre

Continuêre modos, donec melioribus annis
Christiadûm toto cœpit gens crescere mundo.
Jámque poli germana fides, jamque optima rerum
Religio Auroram, *Solymæ*que templa relinquens;
Oceani populos, sparsásque per æquora gentes
Viserat; hoc magni voluit Deus arbiter ævi.
Lucius hanc primus per littora nostra vagantem;
Horrentémque diu miseræ contagia gentis,
Excepit; meritóque Deum venerátus honore,
Nequitiam posuit vitæ cultúsque priores.
Antè per excelsi sacrata cacumina montis,
Pérque lacus, cultósque sacrâ formidine lucos,
Imáque frondosis inter labentia valles
Flumina *Brutigenæ* divûm simulachra colebant;
Mercurium impérmis, venatricémque *Dianam*,
Tethyn, *Gradivúmque* patrem, cui prælia curæ.
Ille sacris igitur postquam se laverat undis,
Protinus auferri veterum simulachra deorum
Jussit, & à templis ritus abolere nefandos.
Ille suas etiam laudes & præmia Musis
Reddidit, ingenuísque animos traduxit ad artes;
Lapsáque per nostros reparavit mœnia ripas.
Sed melior fortuna brevis, nec larga beatis
Tempora debentur rebus. Vidi, horrida vidi
Prælia, cùm patrii linquentes arva *Veseut*
Saxones hos denso complerent agmine campos.
Heu! ego tum quoties hæc subter flumina vultus
Occului! quoties arctatas stragibus undis,
Et simul arma ferens, vix tardus in æquora mecum
Volvebam! quoties posito nova prælia ferro,
Victricésque volare acies, dissultaque vidi
Agmina collatis iterum concurrere signis!
Hi cupidi nomen penitus delere *Britannum*,
Mœnia vastabant, priscæque Annalia gentis;
(Heu crudele nefas! heu dira licentia ferri!)
Scriptáque tradebant immitibus omnia flammis.

Sic iterum bello inœpti periêre labores.
Non secùs ac quando verni sub sydere Tauri
(Cùm primò in tepidos audent se credere soles
Semina) rursus hyems Zephyris ruit horrida pulsis,
Præcipitátque polo nubes, & plurima cœlo
Tempestas pluviâ fluit illætabilis undâ.
Illa ferens dirum rebus nascentibus omen,
Sternit agros, viridémque novi spem protulit anni:
Et modò respirat; rursus, velut agmine facto,
Verberat imbre solum, glomeratáque flumina volvens,
Tristia prosternit plorantibus arva colonis.
Tunc iterum (neque enim vestigia tuta patebant)
Mœsides sumptis fugêre per aëra pennis;
Quas timen antiquam revocans *Sigibertus* ad urbem,
Restituit, tectóque deas, opibúsque refecit.
Tum quoque *Marte* potens Borealia sceptra tenebat
Alphredus, quâ pinguis agros interfluit *Humber*.
Ille reversum motus prædicere solis,
Stellarúmque polo casus cognovit, & ortus:
Idem *Marte* potens, studiis clarissimus idem.
Proximus huic ævo, sceptri virtutibus idem
Proximus, *Humbricolæ* gentis *Celsulphus* habenas
Accipit; insignem Musis, bellóque potentem
Quem cecinit quondam nostro de flumine Nympha
Thespio, quæ facta canens, & prælia gentis
Christicolæ, veteres decoravit carmine Reges:
Posteritas patrio dixit de nomine *Bedam*.
Aspice pennigeris quæ nunc habitata columbis
Pastor arundineo stravit mapalia culmo;
Hæc domus, hinc nostras carmen resonabat ad undas.
Sed neque adhuc dubiæ sperabant certa Camœnæ
Otia; majorem spondebant sydera cladem.
Jámque novum veniens patriis è finibus agmen
Attulit hinc cladem nobis, ubi spumeus alto
Labitur amne *Tyras*, properánsque rapacibus undis
Sarmathos, *Dacósque* interfluit arbiter agros.

Tunc

Tunc iterum variâ immiſcebant prælia gentes
Sorte diu; neque *Mars* ſemper victoribus idem;
Eventúſve fuit: bellis & cæde rubentes
Fluximus, Angligenis quotquot de montibus orti
Irriguas inter valles decurrimus amnes.
Sic inter clypeos, & tela ſonantia longam
Duximus ætatem miſeri, cantúſque tubarum:
Bellantum fremitus, lamentáque triſtia vulgi
Sub trepidis ſemper mœrentes hauſimus undis:
Donec juſta ferens *Normanicus* agmina Victor
Compoſuit cauſas belli, regnóque potitus
Prima dedit pacis lætantibus omina Muſis.
Nempe minor, ſed ſorte prior, regnóque paterno
Filius huc noſtras hoſpes conceſſit ad undas,
Dum ſequitur fratri contraria caſtra *Roberto*.
Ille etenim *Marti* primis aſſuetus ab annis,
Militiam coluit; non illo doctior alter
Caſtra per extenſos metiri candida funes,
Aut peditum cuneos, vel equeſtres ducere turmas;
Et quo quiſque foret ducendus ab ordine miles
Noverat, & magnis hortari in prælia verbis.
Hunc Syrii ſtupuêre duces, ſtupuêre nivoſum
Strymona potantes, gelidique *Boryſthenis* undas;
Cum juvenis reliquis heroibus agmina jungens
Palmíferi colles *Libani*, montémque *Sionis*,
Phœbeámque *Rhodon*, *Solymæ* repoſceret urbem.
Hunc etiam reducem *Tinæ* bifrontis ad amnem
Dum ruit, adverſique prior vada fluminis hoſti
Præripit, abjectis fugerunt *Pictones* armis.
At minor *Aonidum* miles, melioribus armis
Contulit ætatem, pacatáque caſtra colebat.
Ex illo afflictis meliùs conſidere rebus
Meonides Regum auxiliis, opibúſque refectæ
Cœperunt, ſtabilémque ſibi promittere pacem.
Sed neque adhuc noſtras quæ conſita cernis ad undas
Atria *Pieridi*, turritáque tecta tenebant.

Exiguis Ditæ contentæ ſedibus olim,
Flumineas inter ſalices, umbráſque canebant,
Teſtáque arundineis habitárunt horrea culmis.
Hæc igitur ſi forte tibi monumenta priorum
Noſcere, *Pieridúmve* bis octo tecta ſororum
Scire vacat, quibus exurgunt autoribus ædes;
Accipe quæ ſeros deceat meminiſſe nepotes.

Domus Petri. Atria prima vides Auſtrum ſpectantia, quorum
Fida datur tutela Deo, ſed nomina *Petro?*
Balſamus hæc poſuit, qui cincta paluſtribus undis
Elidis obtinuit præſul bifluminis arva.

Aula Pembrochi. Proxima fœmineos jactant ſacraria ſumptus:
Uxor *Adomari* Muſis hæc ſtruxit *Elizæ*;
Pembrochiæ qui rura Comes, *Walliſque* regebat,
Cal. S. Bonifacii. vel Corp. Chriſti Quos videt extremo decedens veſpere *Phœbus*.

Tertia quæ gelidis Aquilonibus atria pandunt,
Henricum autorem memorant, quem fertilis agro,
Et pecorum dives genuit *Lancaſtria* fœtu.

Col. Regin. Quarta vides noſtris quæ ſurgunt proxima ripis
Mœnia? Reginâ domus hæc autore ſuperbit:
Margaris, *Henrici* conjux, hæc condidit olim,
Dum melior fortuna fuit, nec dum aſpera fruſtra,
Aſpera captivo pro conjuge bella moveret.
At cùm victa domus tandem *Lancaſtria regno*
Cederet, & cæſo fugeret *Regina* marito;
Æmula, non hoſtis victæ virtutis *Elizæ*
Inceptum perfecit opus. Vicina mariti
Nónne vides ut jactet opes, & nomina Regis?

Coll. Regal. Hæc ſextus, cùm regna ſenex infida teneret,
Aſtruit *Henricus*, templi cui mœnibus ingens
Conditur aſcriptum regali nomine ſaxum,
Lævus ad Arctoum quà proſpicit angulus Vrſum.
Fortunata domus nimium, ſi cætera primis
Æqua forent! Muſis invidit cætera *Mavors*.
Aſpice, Quæ moles, & quæ fundamina primi
Interrupta manent operis! vix iſta feruntur

Edvardi

Edvardi flexisse minas; quin victor ab hoste
Cùm redit, infestis ducens hostilia signis
Agmina, nil mentis inferret bella Camœnis,
Innocuósque furens incenderet igne penates.
Addidit & Musis aliud nascentibus idem
Hospitium, placidæ currens ubi leniter undis
Isis Aquadunæ fœcundat flumine campos,
Altáque vicinos *Victoria* despicit agros.
O nimiùm defende senex! tibi regia sceptra
Abstulit, & vitam belli fortuna caducam.
Ast tua, quæ melius tranquilla per otia virtus
Claruit, utilior nobis, tibi noxia soli,
Vivet, & in nullo tua fama tacebitur ævo.
En verò qui tecta colunt vicina penates;
Regius hæc Musis *Vodolarsus* dona sacrabat:
Aspice ut agnoscant tecti regalis honorem,
Altaque submisso veneretur mœnia culmo.
Proxima quæ spatio, tectisque obscura, sed uno
Nomine *Clara* vides, nostras *Budæus* ad undas
Constituit; quorum confinia tecta severis
Barbonianus legum studiis, operæque forensi
Despondit. regnat nunc isti *Bartholus* aulæ.
At cujus pars una novo stat candida muro,
Pars melior veteri saxo constructa, *Goncilum*
Autorem memorat domus (hic sine prole suprema
Fata sequens, Musis hæredibus omnia liquit:)
Auxit agro nuper *Caius*, duplicíque penates
Disposuit muro. Vidén' ut nova mœnia jactet,
Pieridumque choro, & tecto crescente superba?
Quattuor indè novis quæ turribus alta minantur,
Et nivea immenso diffundunt atria circo,
Ordine postremus, sed non • virtutibus auxit
Henricus tecti, & triplices cùm jungeret ædes,
Imposuit nomen facto. Quæ proxima cernis
Cœtilibus muris, parilique rubentia saxo,
Quà super alta sedens portarum limina custos

Aula Cathar.
Aula Clarens.
Aula Trinit.
Coll. Caii.
Coll. Trinit.
• *Quæ & quàm Hen. virtutes vide bis. Martin Reg. Ang. Hen. 8. fol.*
Coll. S. Joan.

Arduus auratis tollit se cornubus Hircus,
Margaris erexit, fausto quam *Derbia* partu
Edidit: hæc etiam quæ proxima cernis ad ortus
Atria, jam moriens *Christo* sacrata reliquit.
Quæ ponti vicina vides, *Audelia* olim
Cœpit, & adversi posuit fundamina muri:
At cœptum perfecit opus *Staffordia* Heros,
Quem genuit moribus regio celeberrima damis,
Hæc inter media aspicies mox surgere tecta
Culminibus niveis, roseisque nitentia muris:
Nobilis hæc doctis sacrabit fœmina Musis,
(Conjugio felix, magno felicior ortu)
Insita *Sussexo* proles *Sidneia* trunco.
Ultima quæ nostris hinc cernis dissita ripis,
Inque quibus, dum res pretio *Ronnata* manebat,
Lenta cuculligeri ducebant otia fratres,
Transtulit, & Musis nuper sacrata reliquit
Alcocius, bisidûm præsul regnator aquarum.
Túque etiam, *Millmaie* senex, tu candida Christo
Atria felici, tu sanctas omine Musas
Institues, fuscis *Clarius* quà surgit ab *Indis*,
Eoïsque auctam claudit mihi finibus urbem.
Quæ verò, quæ jam meritis par gratia vestris,
Laúlve eris, insignes animæ? Quæ munera vobis
Persolvet patria? en vobis quæ præmia Musæ,
En quibus ipse modis vestros meditabor honores:
Gramineum in ripa viridi de cespite bustum,
Exequiisque nova salicum de fronde quotannis
Constituam; mœsto stantes circùm agmine Musæ
Carmina lugubri plangent funebria cantu:
Purpureos addam flores, & aquatica spargam
Lilia cum membris, & muncre fungar inani.
Sed neque te, venerande puer, cùm talia plango,
Non te præteream, doctarum *Edouarde* sororum,
Et patriæ sceptrique decus; qui gaudia regnans
Tanta tuis dederas, lamentáque tanta *Britannis*

Jam

Ad Christ. *Ad Magd.* *Ad Sidn. & Sussex.* *Ad Jesu.* *Ad Emman.*

Jam moriens. Ah! quanta meas monumenta per undas
Liquisset, quantis decorâsset honoribus artes,
Siquam fata moram vitæ meliora dedissent!
Heu pietas! heu sancta fides! & grandior annis
Majestas! Non te tumidi vis naufraga ponti,
Nec quæ magnanimos rapiunt Mavortia Reges
Prælia nascentem nobis rapuère, nec hostis;
Sed pietas, sed vera fides, quæ grandior annis
Creverat, & primo virtus in flore senescens.
Heu miserande puer, cœlo felicior ipse,
Sed terris miserande tamen! Te *Thamisis* ingens,
Te nostri flevêre lacus, tonsæque capillos
Ingemuêre diu Nymphæ *Isides*, *Isidis* undæ;
Quæque nâ passim captæ dulcedine formæ
Dulcia sperabant Regum connubia natæ.
Sed spes illa redit, postquam soror altera regno,
Altera fraternis etiam virtutibus hæres,
Successit: memini vultus, & verba loquentis,
Promissique fidem; memini, neque pectore nostro
Excideris, cùm tecta novem (decima ipsa) sororum
Viseret, & Musas *Latio* sermone vocaret.
Cætera quàm cœpti fortunæ æqualia! quantus
Eloquii cœlestis amor! quàm blanda serenos
Gratia tranquillæ vultus! ut temperat oris
Majestas augusta vices! quàm virgine dignus
Et pudor, & species formæ! sed virgine majus
Ingenium, fragilémque supra prudentia sexum.
O decus! ô nullos virgo reticenda per annos!
Fortunata nimis virgo, nisi semper *Eliza*
Virgo fores, stabilísque pudor virtute noceret;
Dum roscum veris finit emarcescere florem,
Jungere nec socium thalamis, *Hymenæe* curat
Fœdera, non dulces natos, neque debita lecti
Pignora, nostra quibus regnanda relinqueret arva.
Sed *Tethys* jam visurus Titanida *Phœbus*
Pronus in Oceanum cursus devolvit equorum,

Carpe tribus digitis, manibúsque ad terga reflexis
Adversos specta Zephyros; tum gramina lævâ
Spargo manu, terque spargo manu, quâ noxius Eurus
Mordet, quâ Notus, & nunquam visæ Oceano Ursæ.
Hæc etiam terno ter misce murmura jactu;
Sic erit in ventos, quæ nos premit, irrita pestis.

Thy. Idem oculus pecudem, vereor, pecudisque magistrum
Perdidit; idem oculus vos, & me tabescat, agni.
Sæpe mihi ignaro truduntur lumine fletus;
Sæpe mihi intacto molles diaphragmate risus
Surgunt, & primo malè suffocantur in ortu:
Sæpe etiam nullo exhalant suspiria motu;
Atque oculis iterum facies tranquilla serenis
Nescia mutatur lucem, subitúmque nitorem.
Fervida sæpe novis igniscunt pectora flammis,
Jámque repentino facies mihi fulgurat igne:
Atque iterum gelido torpescunt membra veterno,
Pallidáque horrescunt, & qualia manibus ora.
Sic cùm primùm Aries, Taurúsve recluserit annum,
Sæpe breves cum sole vices fluidissimus Auster
Mutat; deciduas nubes liquatur in undas,
Atque iterum micat, atque iterum denso abditur imbre,
Omnia mox etiam victurus nubila, *Phœbus*.

Dam. Atque equidem timui, nec me metus iste fefellit:
Non, te saga, puer, non te cantata profundis
Carmina sub tenebris læduntque herbæque potentes;
Sed teneram primo pectus turbantur amore.

Thy. An sit *Amor*, dubito, nec *Amoris* vis mihi, *Damœte*,
Cognita, nec facies: puerum tamen audio, pennâ,
Atque arcu cinctum tenero, lævique pharetrâ:
Tu mihi, qui notas sensisti pectore flammas,
Dic quibus insidiis, quâ te olim ceperit arte.

Dam. Ah! miserande puer, non ille armatus acutis
It jaculis, pharetrâve humeros indutus aëreâ;
Qualis *Pesel* comitata ad fluminis undas
Prima cothurnatis incedit *Delia* Nymphis,

Atque

Atque ursum jaculo squalentem, aprúmve fatigat:
Verùm oculo latet, atque oculi curvamine tectus
In teneras ignem immittit per lumina fibras.
Sæpe etiam blanda latuit sub voce *Cupido*,
Pérque ipsas tacitè in pectus dilabitur aures:
Sæpe cumâ implicitus tortâ, vel fronte serenâ,
Aut tenero ignaros risu, lacrymísve fefellit.
Sed nunquam immitem jaculatur certiùs ignem,
Quàm cùm sub tumidis obscurus fortè papillis
Clauditur: at si labra inter formosa resedit
Tectus, non illis quisquam me basia labris
Ferre, vel impresso moneat certare labello.
Quòd si fortè illas fixo petis ore latebras,
Irruit, atque viâ tacitè delapsus opacâ,
(Heu!) non delendo totas premit igne medullas.
At tu, chare puer, nostram nisi spreveris artem,
Dic mihi quam nuper spectaveris ore puellam.
Aut amor, aut ipsi similis mihi morbus amoti est. *Thy.*
Nam, *Pani* nuper dum sacro altaria thure
Fumant, arbutéque greges sub vimine clausi
Abstinuêre cibo: pecris effusa juventus
Annua restaurant missis convivia Nymphis:
Ipse agro fortè erravi, qui fronte Trionem
Spectat, & illota nomen sortitur ab ursa:
Hic ego ludentem media inter robora *Fuscam*
Aspicio primus, primas miser imbibo flammas.
Illa quidem dum me fixis spectabat ocellis,
Sensi equidem illabi radios, qualésque reflexus
Mittere Sol primo assuevit sub vere calores:
Neo tamen abstinui, nec tales sub nive flammas,
Aut tantum hic poteram facie sperare dolorem.
Illi simplicitas roseo pulcherrima vultu,
Illi casta *Venus* sedit, Virtúsque, Pudóreque
Lactea perpetuo suffundens ora rubore:
Lumina, quæ Geminos vincant, stellámque micantem,
Ultima quæ cœlis excedit, prima relucet.

At cùm labra labris ſociarem, (ah!) quam mihi mentem
Tum, *Damas*, quos eſſe putas ſub pectore ſenſus?
Senſit & ipſa dolos: puduit, mentémque decorus
Prodiderat rubor, & tacito ſuſpiria flatu
Invitæ exierant: ex illo, ſævior arſit
Mente furor, magnóque intus candeſcit ab æſtu:
Qualis, ubi Siculo preſſus ſub monte *Typhoeus*
Eructat flammas, tonitrúque immugit acuto.
Nec mihi tuta dies, nec nox mihi libera ſomno:
Luce inſtat, noctéſque etiam mihi viſa profundas
Adventare, iterúmque ignita refigere labra,
Atque iterum notos *Fuſcæ* inſpirare furores.
Dam. Ah! miſer agnoſco veteris veſtigia flammæ,
Et mihi qui gelido deſævit corde tumultus.
At tu nè tenero pugnes, puer, auſus *Amori*.
Undæ *Amor* immani, magnóque ſimillimus amni;
Quem valido ſi conjecti premis obice ſaxi,
Eruit, atque undis latos ſtagnantibus agros
Obſidet, & pecudes, & flavas ſternit ariſtas.
Jam tibi firma ætas, apti jam luſibus anni:
Tu modò, chare puer, nè pronam dejice mentem.
Ipſa etiam ſimili, niſi me veſtigia ludant,
Vulnere turbatur, tacitóque exuritur æſtu:
Et citiùs rapiunt, & celant doctiùs ignes.

MYR-

MYRTILLVS.

Ecloga.

SUrgit præcisis rupes altissima saxis,
Et cœlo minitans subjectis imperat arvis;
Discutiens nubes capite, & pede *Tartara* pressans.
Infracti dorso venti tonuêre, minísque
Horrendum pelagus fremuit: sed lata profundo
Excepit maria alta sinu, lymphísque cavato
Mollitet illapsas gremio convexa recondit:
Sæpe illic Nymphæ furtivos lenit ignes
Tritus; sæpe greges illic, armentáque cogens
Sopitas *Proteus* mulcebat carmine phocas.
Venerat huc miseros deflens *Myrtillus* amores,
Infelix puer, at cantu levibúsque cicutis
Doctus, & Oceani totâ notissimus undâ.
Illum turba frequens circùm mirata canentem
Nymphárum sedet; & crudos miserata dolores
Solantur, placidísque levant incendia dictis:
Flet tamen, & cymbæ viridi projectus in ulva
Sic *Daphnin* miser, & tardos incusat amores.
Nulla mihi tanti, Nymphæ, solatia luctûs,
Aut levet ipsa meos *Daphnis* quòs intulit ignes,
Aut si adeò indigni sumus, atque irascéris usquè,
Usquè adeò crudelis *Amor* sub pectore sævis,
Has, precor, has tumulum, Nymphæ, concedite lymphas:
His ego inextinctos (finitis modò) fluctibus ignes
Immergam, si fors tantos mare ceperit ignes,
Nec liquido æquoreas inter caream æquore lymphas.

Scilicet expectem, *Daphnis* dum fumidus illam
Extipet stibadio, thalamóve injecta *Mycenis*
(Heu mihi!) piscatus jussos miscra indutt hamos?
Jánque iras ferre, atque immitia jurgia discat,
Aut saltem dum blandisoni (ah credula!) falsi
Thyrsidis acta dolis, fidos contemnat amores,
Atque illi fulgent victrici tempora lauro,
(Heu dolor!) & spretis squalent mihi serta galeritis;
Jam mihi, jam satius crudelem abrumpere vitam,
Tótque uno pariter letho finire dolores.
Non me monstra maris terrent, immania cete
Corpora, non curvi delphines, non tua, *Proteu*,
Imperia, informes passim per littora phocæ;
Non ipsum terret, vincens sua monstra, profundum:
Hoc *Amor*, hoc longè genitali immitior undâ
Urit, & ingenti pectus depascitur igne,
Hoc ipsâ immitem *Daphne* quæ vincit *Amorem*.
Omne malum inveni, *Daphne*, te mitius, & quod
Æquora, quod terras tranat, cœlúmque profundum.
Turbatæ furerent nuper cùm flatibus undæ,
Ipse ego præcipitem lymphis me, & gurgite vasto
Submersi, si fortè ardentes fluctibus ignes
Everterem, exstinctque tibi premerem æquore vitam:
Sed medias inter pontus te mittite iræ
Ad portum summâ fluitantem advexerat undis.
Quin me crescentes iterum restinguere flammas
Tentantem humanus medio tulit æquore delphin;
Attonitúmque vehens, meritam illi, gemina, naulam
Excepit, lætúsque oneris prope littora vexit.
At tu nec precibus, nec carmine victa, nec ipso,
(Omnia qui vincit) cujus sum plenus, *Amore*.
Non me, si nôsses adeò, sævissima Nymphe,
Despiceres; & me spretis *Tritonibus* ardent,
Neglectíque petunt Nymphæ *Nereïdes* undis:
Æmulus ipse mihi nequicquam carmina *Thyrsis*
Invidet, & toties cantando ad littora victus

Fruſtra

Fruſtra iterum calamos tentat, Muſiſque rebelles.
Me quoque jam primò gelida ſub rupe canentem
Audiit, & teneris indulſit prætrix Muſis
Undarum regina *Thetis*, quæ condita mecum
Servo, duos oculis ſimiles tibi, Nympha, pyropos.
Eſt mihi, quà tumidas volventem ad littora moles
Oceanum ſolitus *Triton* demittere, concha;
Concha auro, & niveis gyros circum illita gemmis,
Munera ſi tanguntne ſed hæc te munera tangunt.
Ah *Myrtille* quis hic invaſit pectora tantus,
Quis tantus furor? has citiùs tibi carmine rupes
Flectes, hanc citiùs, quæ ripæ iraſcitur, undam;
At rupes flere, & liquefactum frigore vitæ
Æra, guttiſque è gelidâ ſtillare cavernis:
Aſpice, ceu rauco ſpumoſi ad littora fracti
Triſtia cum gemitu præbent mihi murmura venti:
Nec tu mota tamen. Vaſtos mihi reddite fluctus:
Certum iterum lymphas, iterum tentare profundum.
Vos mihi, vos gelidæ rupes, vos retia fixis
Nequicquam clauſos remis captantia ſoles,
Et tu, dum licuit, meritò chariſſima nobis
Cymba, vale: non te poſthæc prope littora lætus
Saltantem lymphâ pariter ſalientè videbo.
Non ego te recubans mediâ, reſonantia latè
Æquora mulcebo cantu, venoſóve tonantes.
Vólque etiam rupes, levia, fluctuſque ſonoros
Carmina, ſed nunquam *Daphnes* moeura ſuperbam,
Carmina grata valete; & tu quoque inutile munus,
Concha vale, gemmæque, vale immitiſſima *Daphne*.
Vos mihi defuncto exiguum de cæſpite buſtum
Nymphæ, ſurrigite, & ſupremum inſcribite carmen:
Ipſa ſuam *Daphnen* feritatem in gramine ſpectet.

CAPITIS

CRIPITE MYRTILLUS IACET HOC TUA CRIMINA, DAPHNE.
QUANTULA IAM TANTO SUPERERIT EX IGNE FAVILLA!

Dixit, & invitam protrusit in æquora cymbam.
Arguto miserum gemuerunt murmure venti:
Illum etiam lacrymis remi flevêre madentes:
Flebilis illum etiam Alcyon, fulicæque sonoræ;
Quæque etiam falsos fallebant retia fetus.

Lusus Ecloga.

THYRSIS, MYRTILLUS.

PArtè greges uno pastorum læta juventus
Littore compulerant, cymbisque attraxit eôdem
Piscantûm pubes: fuit illis nobile tipâ
Certamen: *Thyrsis Myrtillo* (littoris isle
Sylvarum alter amor) *Myrtillus Thyrside* pugnat.
Insignes formâ juvenes, levibúsque cicutis
Ambo, annísque pares, experti cantibus ambo:
Ambo myrteis tecti, prope littoris undam
Consedêre, fluunt circum sylvestria Nymphæ
Numina, & æquoreæ Tritonum incendia divæ:
Illum pastorum, pisc antûm hunc agmina cinguntq;
Myrtus utrique, utrique sonans admurmurat unda.
Porrigit alta suis rupes cantantibus umbras:
Inque repercussum repulit sua lumina solem.

Da mihi, siqua fides juranti, *Cynthie*, pacta Thy.
Quæ nuper memori recinâsti carmina lauro:
Dum tibi jam faciles *Daphnes*, jam mitior, ipsum
Vertice (quâ potuit) prono veneratur amantem.

Et mihi pollicitus, modò amanti credimus ulli, Myr.
Proteu, quo nuper placaverat æquora, carmen.
Te delphin stupuit, *Proteu*, te æquabilis unda;
Te (sua regna) atræ passim per littora phocæ.

Viva mihi in scriis meritò gratissima luxus, Thy.

Luxus

Laurus *Apollinea*, & leviter pudibundi *Hyacinthi*.
Jam mihi, *Pastores*, vestri si cura *poëtæ*,
Jam mihi *Phœbes* constringite tempora fronde.

Mop.

Ante alias me delectat *Cytherëia* myrtus;
Ista tora myrtus amat: *Hyacinthida* me lilia *Nymphas*.
Pontivagi, vobis si sit victoria curæ,
Huic, juvenes, capiti *Paphias* appendite frondes.

Thy.

Pastores amat, ipse olim quoque pastor, *Apollo*.
Admeti ipse greges *Penei* pavit ad undas.
Tu quoque perpetuis sopito, *Delia*, somnis
Pastori furtiva alto fers oscula *Latmo*.

Moy.

Quæ te littoribus, quæ tanta abstraxerat herba,
Glaucæ, aut ingenue deos? quin te quoque fluctibus ortam,
Mollibus implicitam (prima ah cunabula!) spumis
Dicimus, & jam tu teneriorum mater amorum.

Thy.

Arcadicus me *Pannus* amat, me magnus *Apollo*
Lætos illic greges, variam hic promiserat artem:
At si tu me, *Nisæ* pari dignaris amore,
Non *Pan Arcadicus* placeat, non magnus *Apollo*.

Moy.

Et nostrum *Proteus*, & nostrum *Glaucus* amorem
Vincere, piscari hæc vanitas, sed cannibus illæ:
Quòd si tu nostro, *Nereïs*, carpere igne,
Non *Proteus* nostrum obtineat, non *Glaucus* amorem.

Thy.

Sparsa domi maculis pretium est mihi carminis agna;
Non illam grege matrem sunt pocula crebro
Plena *Jovis* furto, varias prodentia flammas;
Jam tua, si vis, agna tamen, tua pocula, *Nisa*.

Moy.

Par mihi cygnorum, & lævi mihi pocula conchæ,
Pocula purpureo exterius fulgentia succo:

Pes illi

Pes illi niveus cæteo surgit ab osse:
Pocula, Nereïse, tua sint; tua præmia cygni.

Tityr. Pronior en *Phœbus* (cannu desistite Musæ)
Lucem utrinque secat divisam æqualiter orbi.
Antea qualm globuloso humescant gramina rore,
Arbuteis sæpes claudamus finibus agnos.

Myr. En nimio, juvenes, albescunt retia sole:
Frigidus in tenues sêr jam liquitur imbres.
Jam satis est; fixos pueri subducite remos,
Colligite in solitos piscantes retia nodos.

Hæc illi: at Nymphæ lectis utrinque coronis
Lauro illi, *Paphiâ* decorant hinc tempora myrto,
Et varijs interunt (ah dulcia præmia!) flores.

FINIS.